**Ex** hoc dicitur et verfic. nec etiam. et seq. elicitur talis conclusio. Quamuis nova constitutio nō ligat ignorantes nisi post duos menses. privilegia tamen singularia statim ligantur incipiunt cū pervenerunt ad ipsos privilegiatos. Prima pars probatur hic iuncta gl. verbi tempus. Et inteligit Hosti. in constitutionibus principis ut illas nō liceat ignorare post tempus duorum mensium. Sed in constitutionibus inferiorū putat q̄ sit tempus arbitrarium. De quo etiam p̄ eū i sua sūma de p̄stit. vnde que dixi sup̄. de preben. c. cum singularia. In sc̄da conclusione. Sc̄da pars probatur etiam hic iuncta gl. verbi privilegij. q̄ dat rationem diversitatis superficialē t̄m fm̄ doc. Est igitur alia ratio quia cōstitutio principis omnibus est cōmunis. et omnes astringit. c. i. et. c. si de cōstiti. Ideo in ea est statutum uniforme. Sed privilegium est lex privata. quā sola intentō concedentis contemplatur. Ideo fm̄ eius intentionem est recipienda que est. ut firmitatem habeat ex quo ad illuz cui conceditur pervenerit. licet etiam ille in cuius preiudicium conceditur illud ignoret. facit. c. dilecti. s. de religi. do. Privilegium igitur nequis possit excōdicari eximit privilegium ab inferioribus etiam ignorantibus. ne ab eis possit excōdicari quicquid pervenerit ad privilegiorum. Quod verū si absentī concessū fuerit proprio motu. aut ad instantiam alterius. q̄ privilegiati. Si enim per se aut procuratorem aut nunciū impetravit tale privilegium statim eo bullato habet effectum. ex quo cōcurrunt voluntates impetrantis et concedentis. faciunt nō. Jo. an. in. c. i. de privileg. super ver. indultum

**Ex** hoc parte elicitur talis cōclusio. Licet executor gratie apostolice habeat potestatem conferendi prebendam vacantem. valet t̄m collatio ordinarij. si prius confert eandem. Probatur in hoc parte. quod verum nisi prebenda esset affecta per processum executoris. Et tres modos quibus prebenda affici potest ponit hic. i. verfic. nisi quos nō. et dixi in c. tibi qui. s. de R. p. l. Et adde alium modum qui habetur in secunda. c. videlicet per solam acceptationem impetrantis sine etiam collatione executoris. q̄d vix in casu huius capituli quando in litteris erat decretum pape quia imprimis vires ab acceptatione alias secus.

**Ex** verfic. ibi dicitur talis elicitur conclusio. Executor dat? ut possit alicui de beneficio q̄d duxerit acceptandum providere non potest ei ante q̄ illud acceptet conferre. Probatur in verfic. alleg. Facit. c. si pro te. supra eo. li. de R. p. et facit hic in gl. in vbo acceptaret. Nec etiam decretū aliquid operatur ante acceptationem. cum sit super incerto. et nullas vires imprimis. nec ligat ut hic in gl. verbi referri. Ex quo patet q̄ collatio data contra facta per executores suos fuit invalida. Primo quia ante acceptationem contulit. et sic inordinate processit cum contrarium facere debuisset. Secundo quia dignitas tēpore collationis non vacabat. Item quia incertū contulit. nec enim papa facit huiusmodi collationes de non vacantibus. c. proposuit. supra eo. ti. c. duduz. supra tit. ij.

**Et estanda a**  
liquorum perversitas abstinere neq̄t a veteris hinc

## vel ecclesie non vacantis

est q̄ licet in.c. accedens. supra eoꝝ  
dem. fuerat statutum. vt promittē  
tes aliquibus prouidere de benefi  
cijs cum potuerint. aut facultas se  
obtulerit debeant adimplere pro  
missa. ex hoc tamē vt docuit expe  
rientia. aperitur via ad promitten  
da beneficia vacatura. et plurima  
oriuntur animarum pericula. Itē  
occurrere cupiens papa reprobat  
omnes promissiones. per quas di  
recte aut indirecte aperiri possent  
via ad beneficia vacatura. volens  
per eas ad prouidendū alicui nul  
lum de cetero obligari. Hoc dicit  
elicitor talis cōclu  
**Ex tex.** sio promissio bene  
ficij vacaturū ē prohibita sub qua  
cunq; verborū forma sit facta. Pro  
batur hec conclusio hic in tex. Et  
ratio est quia per eam votum ca  
ptande mortis ingeritur. contra. c.  
ij. supra eo. et. Et licet olim esset dif  
ferentia inter promissionem bene  
ficij vacaturū cum se facultas ob  
tulerit aut poterit. que promissio  
valuit vt hic in glo. verbi facultas  
et inter promissionem vacaturū be  
neficij. que non valuit. c. ij. supra e.  
Hodie tamē omnis promissio in  
distincte per quam via possit dari  
ad beneficia nondum vacantia ē  
prohibita. non autēz omne ius ad  
ea. quod dicit vt hic in glo. sū

**E captade  
aliene mor  
tis tribuatur oc  
casio vult papa**

q̄ ille cui est facta gratia. vt ei pro  
uideatur de dignitate. personatu.  
beneficio aut prebenda. quam ac  
ceptandam duxerit in aliqua dioc  
cesi. prouincia aut ecclesia. certis ex  
ecutoribus ei deputatis. possit ac  
ceptare primū beneficium. preben  
dam aut personatum vacaturum ī  
gener. aut ex causa scdm. aut vltē  
rius. sed non certum et expressum  
vacaturū in specie. quod si fecerit  
inualida est acceptatio et viribus  
non subsistunt processus fm. eam  
per executores ibsecuti. Quinimo  
ordinarius potest tale beneficium  
cum vocat libere conferre. nisi illi  
qui ipsū acceptauit sit postmodū  
collatum tale vacans beneficium.  
et sic ius iam questum. Hoc dicit  
**Prima cō.** Nulla est  
ceptatio certi et expressi beneficij nō va  
cantis. nec valent executoris desu  
per facti processus. Probat hec  
conclusio hic in tex. Licet enim ac  
ceptatio fieri debeat de certo bene  
ficio vt notatur in. c. ij. supra eo. li.  
de electio. quod sit dum quis acce  
ptat. primum quod vacabit in di  
ocesi. prouincia aut ecclesia. tamen  
non potest quis certum et expres  
sum acceptare antequam vacat. pu  
ta beneficium quod obtinet Titus  
ne detur occasio captande mortis  
hic probatur. Et si contrariū fiat  
non valz acceptatio nec processus  
vigore ipsius per executores facti  
nec efficiunt manus ordinarij vt h  
**Secunda con.** Si  
men de beneficio male acceptato  
acceptati fiat collatio legitima dū

## Sūmariū sexti De cessione prebende

vacat. per eam est manus ordinarij collatoris ligata. Probatur hic in versi. Imo. ex tali enim collatione si preueniat collationem ordinarij acquiritur ius etiam nulliter acceptanti. et in collatione beneficij quam recipit ille qui debet acceptare intelligitur fieri acceptatio ut habetur in cle. vnica. s. penl. e. ti.

**Ultima** scribitur de prebenda acceptanda. primam acceptare debet. secundam aut vltiorē acceptare nequit sine rationabili causa. Probatur hic in versi. licet. iuncta glō. verbi causa 7 in c. i. s. e. ti. et li. in fi. Et nota q̄ acceptatio debet fieri per verba p̄ntis temporis vt accepto illud b̄ficiū et can. tū ē vt fiat coram exco. Et etiam eo absente possit fieri duz tñ testes adhibeantur vt constat de ea vt ē glō. s. e. c. i. sup. verbo 'acceptare' et gl. in cle. vnica. e. ti. super verbo exco. Item potest fieri acceptatio per procuratores s̄m arch. allegat. c. si. s. de procura. et beneficiuz vacans post mensem acceptari nō potest vt in cle. vnica. e. ti. de quo ibi in glo. verbi notitia.

**Executor generaliter datus. super prouisione alicuius facienda in aliqua**

**provincia nō potest generaliter inhibere ordinarijs collatoribus ne ad prouisiones aliorum procedat. donec illi pro quo scribitur sit prouisum.** Reseruationem tamen et inhibitionem specialem potest facere de p̄mo vacaturo vt de vltiori si habeat in mandato. et contra talem inhibitionem factam ab eo ad quem spectat beneficij collatio non tenet. **Hoc dicit**

### **Prima conclusio.**

Executor generaliter datus. nisi ad id habeat speciale mandatum nō potest inhibere generaliter collationem beneficiorum. Probatur hic in prima parte. Et ratio est q̄ durum esset et graue per generales inhibitionem inhibere collationē omnium beneficiorum. Et dicitur executor generaliter datus. quando scriptum sibi directum vagatur per prouinciam. Quod tamen glo. ij. extendit. dic vt in ea. Et dic illud veruz siue scribatur sine beneficio acceptandi. quo casu ad primū vacaturum refertur mandatum. siue cum beneficio acceptandi. Quo casu licet acceptare et dimittere ita centesimuz sicut primum scilicet ex causa vt s. proxima

### **Ultima conclusio.**

Specialem tamen inhibitionem 7 reservationem potest facere huiusmodi executor de primo vacaturo



## vel ecclesie non vacantis

aut de ulteriori si id habet in man-  
dato. Probatur hic in § potest  
tamen. Et sic licet quandoq; ali-  
quid in specie quod non licet in ge-  
nere. ut hic. quandoq; econverso ut  
sup proximo. c. Et ratio conclusio-  
nis est q̄a in mandato directo om-  
nia videtur inclusa sine quibus id  
quod mandatur non potest expe-  
diri. c. preterea. supra de offi. deleg.  
Sed sine speciali reservatione non  
potest huiusmodi mandatum ex-  
pediri. Igitur c. et hoc voluit In-  
nocentius. et Hostiensis in. c. cum dile-  
ctus de iurepat.

### in capitulo a licuius eccle- sie ad quod spe- ctabat collatio prebendarum et receptio canoni- corum scripsit pa-

pa ut alicui nominato in litteris  
conferant prebendam. et eum reci-  
perent in Canonicum. et dedit exe-  
cutozem. qui negligente Capitulo  
mandatum apostolicum exequatur  
Tunc per solam presentationem lit-  
terarum factam ipsi Capitulo abs-  
q; aliquo processu executoris affe-  
ctum est beneficium. ita q; alteri de  
eo facta collatio non valz. Et si ca-  
pitulum infra competentem termi-

num sibi ab executore prefixum. mā-  
datum apostolicum non exequatur.  
poterit ipse executor. ei pro q̄  
scriptum fuerat absq; aliqua voca-  
tione Capituli canonicatum. et p̄-  
bendam dum vacant conferre. hoc  
dicit

### Ex ter. primo eli-

citur talis conclusio Si Papa inā  
dat ordinario ut alicui proz ideat  
de beneficio. et dat executozem qui  
prouideat eo negligente dicitur p̄-  
benda vacans affecta per solam  
presentationem litterarum factam  
ordinario. sine aliqua executoris  
inhibitione. Probatur hec cōclu-  
sio hic. et procedit conclusio quan-  
do ordinario fuit mandatum ut  
prouideat ei pro quo scribitur. et  
datur executor ad prouidendum  
in casu quo casu ordinarius fuerit  
negligens Nam si iam prouisio fu-  
it facta per Papam et mandatur  
ordinario soluz receptio facti. tūc  
ante presentationem affecta fuit p̄-  
benda Ita loquitur. c. si postquam s̄  
eod. li. de prebend. et vide in. c. tibi  
qui. de sep. vbi dixi. Item si datus  
fuisse executor ad compellendum  
ordinarium non ad prouidendū  
tunc etiam per presentationem litte-  
rarum ordinario factam non esset  
p̄benda affecta. ita loquitur. c. §. pri.  
Et q̄ sit ratio diuersitat. in hūc ca-  
sū et casum tex. nostri. vide hic gl.  
pulcrā in verbo exequatur. quā  
etiam approbat et tenet Archid.  
§. c. prox. Et quādo presentatio lit-

## Sūmariū sexti De cessione prebende

teraz faciēda est alicui Capitulo an citari debet Caplm aut vniuersitas quomodo tunc sit facienduz. et qualiter debet congregari. vide hic in glo. verbi facta que dat praedictam. et solet ad eā fieri remissio. Et aduerte q̄ in casu huius cōclusionis. z. c. non sufficit sola scientia ordinarij ad affectionem. quia requiritur presentatio vt hic patet. facit glo. si. in. c. non iniuste. de procur. Item si Capitulū est ordinarij collator non sufficit fieri presentationeꝝ procuratori aut vicario capituli. probatur in. c. dudum. sup̄ eo. li. de preben.

**Secunda** ¶ Executor dum datus in subsidium potest ordinario ad provisionem faciendā certum statuere terminum quo elapso transfertur potestas in ipsum. Probat̄ur hec conclusio in versic. Imo. Et est ratio. quia alias non posset constare de negligentia ordinarij. facit quod notatur in. c. si significauit in glo. penult. supra de offic. ord. Secus si fuisset executor simpliciter datus. quia tunc nō tenetur expectare negligentiaꝝ ordinarij fm glo. hic in verbo ex tunc. Et patet ex tex. hic i. si. qua forma debet vti executor in conferendo. quia non debet dicere Recipio te in Canonicum. sed do. confedo vt confero tibi canonicatuꝝ. aut inuestio te de canonicatu. et hoc statim potest facere executor data negligentia Capituli sed prebendaꝝ nō potest conferre nisi cū vacat. vt patet in si. c. Si tamen ecclesia haberet certum numerum Canonicorū

rum ante vacationem executor cōferre non posset Canonicum. c. p̄ illoꝝ. s̄ de preben. fm Boni

**Altima** ¶ Executor datus ad conferenduz non potest ad faciendam collationem compellere nolentem ordinariū. Hanc conclusionem tenet hic Joh. andrē. quia forma mandati est seruāda exacta diligentia. c. cum dilecta. supra de R. p. Postquaz tamen prouidit potest compellere Canonicos vt ip̄s recipiant receptione que in facto consistit. alias non fieret vera executio fin eum

**Soli ordinario** ¶ Papa scribit pro aliquo beneficiando aut ordinario scribat et executori ad compellenduz dato. aut soli executori constituto ad facienduz alicui prouideri de beneficio. per presentationem talium litterarum factam ordinario. non afficitur beneficium. Sed si ordinarius alicui id conferat. licet male agit. tamen tenet collatio. nisi in tribus casib⁹

Primus si in litteris decretuz fuit appositum decernens irrituz. quicquid contra tale mandatuꝝ fuit factum. Secundus si executor talis ordinario insinuat potestatem suā et ei collationem interdixisset cum appositione decreti. Tertius si ille pro quo scriptum erat iam in ca

## vel ecclesie non vacantis

nonicuz erat receptus quibus casibus  
nō tenet collatio per ordinariū alteri  
facta Hoc dicit

**Prima** Si fm vnā ex  
tribus formis  
hic expressis pro aliquo beneficiādo  
scribitur. etiam per presentationē lit  
terarum. beneficium non afficit. Pro  
batur hic in principio tex. Et ergo  
collatio beneficii vacantis per ordi  
nariū contra mandatum pape etiā  
scienter facta vt patz hic in tex. Et tū  
propter inobedientiam ordinariū pu  
niendus. et qualiter. habetur in. c. di  
lectus. ij. s. de preben. Et procedit cō  
clusio siue gratia sit stricta puta man  
datum est prouideri in vna ecclesia.  
siue sit latior vt in diocesi. Item siue  
sit facta de beneficio simplici. siue cu  
rato. quia semper eadem est ratio.

**Secda** et si. Contra mā  
datum Pa  
pe facta collatio per ordinariū est in  
ualida si p̄benda pro eo pro q̄ scribi  
tur sit affecta. Probatz hic in vers.  
nisi iūcto si. Et tres casus q̄bus p̄bē  
da dicitur affici id est informari aut  
capi pro impetrante ita q̄ ordinariū  
eam conferre non potest. Ponit h̄ tex  
alios. dixi in. c. tibi qui. s. eo. li. de Rep  
in quarta p̄clusionē et ibi posui septē  
Et plene que gratie afficiant tractat  
hic glo. magistralis. et est si in vers. vi  
dendū est scdo. que glo. etiam late in  
prin. sui distinguit quid iuris quādo  
plures concurrunt in eadem ecclesia.  
quis sit potior in ea

### Auctoritate

Romani pontificis defu n  
ti. quidam receptus est in  
ecclesia parisiē in Canonicum. sub

expectatione prebende primo vacatu  
re. Deinde et scdo auctoritate Roma  
ni pontificis de nouo promoti. alius  
similem gratiam habet in eadez eccle  
sia. Post hoc tertius recipitur aucto  
ritate Ro. pon. de nouo promoti i ca  
nonicum et fratrem. cui prerogatia  
gratie q̄ omnibus auctoritate prede  
cessorum pape receptis debeat p̄fer  
ri. non autem auctoritate concedētis  
Nunc autem vacat prebenda. et que  
ritur cui debeat. et quo ordine eis  
sit prouidendū. Et dicit Papa q̄  
primaz habebit secundus. secundam  
prebendam tertius. Et tertio vacan  
tem habebit primus. quia ex teno  
re litterarum patet q̄ Papa vult ter  
tium preferri primo. et scdm tertio cō  
sequit̄ q̄ secundus ex persona tertij. qd̄  
non posset habere ex sua. Et inducit  
tex. simile in successione.

**Prima** Si Papa scri  
bit pro tribus  
in vna ecclesia singulis debetur s̄z or  
dinem debitum prebenda Probatz  
hic in tex. et dicit hoc verum quādo cō  
stat ex tenore litterarum q̄ vult om  
nibus prouidere. alias indubio non  
presumit q̄ velit vnā ecclesiaz gra  
uare de duobus. c. inādato. supra de  
Rep. et dixi in. c. duobus. s. e. li. de Rep.  
Rpt. De autem in casu huius. c. primū  
impetrans non habz primam prebē  
dam sed secundus. licz ex persona ter  
tij. est propter voluntatem pape qui  
voluit tertium preferri primo sed nō  
secundo. Unde habet hic locus regu  
la. Si vinco vincitem te. vinco te.  
nam secundus vincit tertij qui vin  
cit primum. ergo et ipse secundus vin  
cit primum. Alio tamen respectu nō  
habet hic locum illa regula vt si pri  
mum comparamus ad scdm. et tertij

## Sūmariū sexti De reuocatione prebende

um Nam licet primus vincat secundus qui secundus vincit tertium. tamen primus non vincit tertium. imo vincitur ab eo de qua regula per legistas. ut in aut. licet. l. de natural. libe. Et pulcre per Joh. fab. in s. preferuntur Insti. ad terculia. Et dic in diuersis casib⁹ non habet locum ut probatur in dicta aut. licet. In eodem autem casu si est eadem ratio vincendi te qua vincit te. habet locum. ut l. de accessionibus. ff. de diuers. et temp. p. scrip. et hic. Quia voluntas pape est hic eadem causa vincendi vtriusque ut dicitur. aut non est eadem ratio vincendi vtriusque. et non habet locum regula. ut in l. claudius. ff. qui poti. in pig. habeantur.

**Ultima** Si papa dat secundo impetranti etiam anteferri. tunc primo impetrantibus et prius receptis in prebenda debet preferri. Probatur hic in tex. et hoc verum nisi primo impetrans haberet ius in re ut si prebenda est sibi collata fm doc. Et hec clausula anteferri solz dari contra habentes gratias a predecessore concedentis. et hoc est de stilo curie. Licet etiam quibus papa eam concedit contra omnes habentes gratiam auctoritate apostolica. et etiam a se. ut patet in. c. quodam supra eo. li. de preben. mens ergo pape est seruanda fm Jo. an. Item hec clausula facit quem preferri habentibus ius ad rem. non autem habentibus ius in re ut hic et i. c. prox. ibi doc.

**Noniam ex** constitutione reuocatoria quaz fecit Bonifacius p. promotionem suam. per quam cassa

uit omnes collationes. provisiones et gratias super quibuscumque beneficijs vacaturis concessas. in quibus nondum esset ius in re questum. plura fuerunt exorta dubia. vult papa illa declarare pnti constitutione. Dicit igitur reuocatoriam locum habere in illis. que recepti sunt in canonicos in ecclesia vbi est certus numerus prebendarum sub expectatione prebende aut portionis. nisi tales tempore quo emanauit constitutio reuocatoria preperant distributiones et alia ut canonici existentes de numero. nec expectabant amplius per mortem. aut renunciationem aliorum. nisi portionum siue distributionum suarum augmentum. quod tunc non includitur sub reuocatoria sicut nec includuntur recepti per literas facultatis auctoritate recipientium. licet expectant adhuc beneficijs. Includuntur autem habentes a sede apostolica canonicatum et percipientes distributiones et alia ut Canonici. Si expectant adhuc dignitates. promotionis officia. aut beneficia. Canonici de numero existentibus duntaxat dari consueta. Item includuntur omnes alij habentes gratias super quibuscunque beneficijs. etiam si per executores eorum sint facti varij processus si tempore quo emanauit reuocatoria constitutio. vigore ipsius gratie non sit ei qui gratiam habuit facta collatio Hoc dicit.

**Prima co.** Reuocatoria gratie dñi pape includit receptus in canonicum sub expectatione prebende etiam si ibidem dentur distributiones quotidiane Probatur hic in principio iudicio s. presentis. Ratio quia talis non habet ius in prebenda quod adquiret p

## vel ecclesie non vacantis

collationem vt in.c. penul. et. c. si. sup  
eo. li. de preben. ergo includitur. vt. i.  
eo. si. Habet tamen iste ius in cano  
nicatu. sed quia i reuocatozia expref  
se cassantur collationes facte super ca  
nonicatus sub expectatione pben  
de Ideo et illud tollit. fuit ratio du  
bitandi i hoc dicto. quia per recepti  
onem istius in canonicu. iam preben  
da fuit affecta pro eo supra eod. li. de  
preben. duduz. Igitur videbatur sibi  
deberi. non ob. reuocatozia. Sed ra  
tio decidendi in contrarium est quia  
de mente et verbis reuocatozie est q  
tollantur iura ad rem. Et quia h tñ  
fuit ius questum ad prebendam con  
sequendam. ideo illud tollitur. Et pa  
ret ex isto q gratia facta alicui no ex  
pirat per obitu concedentis. quia si  
sic non esset opus reuocatozia. et pro  
batur hoc in. c. si super gratia. sup eo.  
li. de offi. del. et in. c. si cui. supra eo. li.  
de preben. in gl. si.

**Secunda** Recepti in  
canonicos auctoritate aplice expectantes tñ por  
tionum suarum augmentu. non inclu  
duntur sub reuocatozia. Probatur h  
conclusio hic in. si. autem. Et proce  
dit hec conclusio de recepto in canoni  
cum in ecclesia. vbi est distinctus 7 de  
terminat<sup>9</sup> numer<sup>9</sup> canonicor<sup>9</sup> No at  
erat ibi determinatus numerus por  
tionum aut prebendarum vt patet i  
eodem s. Et fuit ratio dubitadi hoc  
casu. quia recepti hoc casu aliqd ad  
huc expectabant quod no erant ad  
epti tempore reuocatozie. et sic illud  
videbatur tollere reuocatozia. Sed  
ratio decidendi in contrarium fuit. q.  
isti iam erant in perceptione omnium  
iurium canonicatus 7 etiam distribu  
tionum. nec expectabunt aliquod no  
uum ius sed oluz ampliacionem sue

portionis et sic augmentum veteris.  
**Tertia con.** Per litteras  
facultatis in  
canonicum sub expectatione preben  
de receptus. non est sub reuocatozia  
inclusus. Probatur hic in. si. vel ad  
res. Et qs dicit receptus per litteras  
facultatis. patet in. c. cum aliquibus.  
sup eo. li. de Rpt. Ratio dubitadi fuit  
quia iste per litteras aplicas fuit rece  
ptus. igitur ic. Ratio decidendi in co  
trarium fuit quia iste no fuit recept<sup>9</sup>  
auctoritate aplice. sed auctoritate re  
cipientium. vt hic in glo. verbi facul  
tatis.

**Quarta con.** Ultra nu  
merum re  
ceptus in canonicum. licet habeat iu  
ris canonicalis plenitudinem comp  
benditur sub reuocatozia. si expectat  
adhuc prebendam. officiu vel digni  
tatem. Probatur hic in. si. in illis. Et  
ille dicitur habere plenitudinē iuris  
canonicalis. qui habet spectantia ad  
canonicos. scz vocē in caplo stallum in  
chozo ic licet non habet prebendam  
qd dicit domi. non. circa statuta que  
dicunt q habens plenitudinem iuris  
canonicalis non percipiat quotidiana  
nas distributiones nisi sit in certo or  
dine Et videtur hic tex. probare. q  
habere distributiones etiam sit de iu  
re canonicali. et sic quislibet canonic<sup>9</sup>  
etiam vltra numerum receptus distri  
butiones habere deberet. qd videtur  
hic tex. probare qd esset multuz pro  
impetratib<sup>9</sup> q hodie comuni fiunt ca  
nonici p papa de q p Jo. an. i. c. cu ad  
de pstit. 7 c. dilectus. i. de pben. q dicit  
illd posse pcedē i voluntarie receptis  
scz ex voluntate recipientuz. qui quia  
deserviunt ecclesie equum est vt distri  
butiones saltem habeat In de neces  
sitate autem receptis illud non vide

## Summariū et Cōclusiones sexti

mus seruari Ratio dubitandi in hoc dicto fuit. quia iste qui habuit locum in choro et vocem in Capitulo etc. iam videtur habere plenum ius. Igitur etc. Ratio decidendi in contrarium est quia expectabat ius nouum et distinctum a primo scilicet dignitatem. officium aut prebendam. Igitur comprehenditur sub reuocatoria.

**Ultima** *reuocatoria* pape comprehendunt habentes ius ad beneficia vacatura. si ante eam nondum sit collatio facta. Probat in. s. fi. et est verum. licet varij processus erant fulminati per executores. ut in eod. s. p. quos forte videbat quod non deberent comprehendere. Sed contra tales habet decidit quod reuocatoria tollit omne ius ad rem. et non ius in re. sed solum per collationem illud ius in re acquiritur ut hic. et in. c. pen. et si. supra de preb. et ibi dixi.

**Nota** quia tex. in. s. presenti et sequenti facit diversitatem inter portionem et prebendam. quod licet hec duo possint vnum significare. tamen quibus distinguuntur. Et dicitur prebenda que distincta est in perceptione et administratione. Portio autem que de omnibus redditibus communiter collectis datur vel detrahitur ut in pluribus ecclesiis fit. ut dixi in. c. cum in tua. sup. c. li. de consuet.

**De sede vacante aliquid inouetur.**

**Ad Episcopum et Capitulum** si simul pertinet collatio beneficiorum. tunc et episcopo mortuo aut

a beneficiorum collatione suspensio. et per Capitulum fieri beneficiorum collatio. Idem contra. potest Episcopus in casu isto Capitulo a collatione beneficiorum suspensio. aut omnibus de Capitulo maiori excommunicatione ligatus. Cum autem ad solum Episcopum spectat collatio beneficiorum cum consilio vel consensu Capituli. tunc eo mortuo aut suspensio. nisi sit in mora absolutionis petendi. non poterit per Capitulum huiusmodi beneficia conferri. vbi etiam de consuetudine. aut statuto ecclesie speciali spectat ad aliquem collatio beneficiorum de consilio Episcopi. tunc Episcopo mortuo aut existente in remotis. ita quod eius presentia non potest haberi. non debet propterea collatio beneficiorum vacans differri. Hoc dicit.

**Prima** Si collatio beneficiorum spectat communiter ad Episcopum et Capitulum. et alter efficiatur inhabilis manet potestas tota apud reliquum. Probat in principio. Et inhabilis dicitur ille qui est suspensus scilicet ab officio aut a collatione beneficiorum. de quo in. c. cum dilectus. supra de consue. Idem est in eo qui est excommunicatus maiori ut in. c. si celebrat. de clericis. ministris.

**Secunda** Collatione spectante ad Episcopum de consilio aut assensu Capituli non confertur Capitulum beneficia eo existente inhabili. Probat hic in. s. Cum vero. Quod verum nisi Episcopus

## De rebus ecclesie non alienandis

esset inhabilis propter suspensionem  
esset in mora petendi absolutionem.  
aut relaxationem suspensionis. quo  
casu Caplin conferret vt in eodem. s.  
qđ verum in beneficijs iure proprio  
spectantibus ad collationem epi. sec.  
esset in alijs puta deuolutis s; Arch  
Nam qđ hic Capitulum et sic inferi  
or supplet negligētiā episcopi est ex  
eo fm Jo. mo. quia caplin et epi sūt  
vnum corpus. c. nouit. 7. de his qđ fi. a  
prel. et spūale coniugiu inter eos est cō  
tractū. c. requisisti. de testa. ergo pro  
pter societatem et fraternitatē citius  
pōt fieri deuolutio de vno ad alium  
arg. eius quod habet in. l. vna. c. qñ  
nō petent. pres. pti. accl. Inter Capi  
tulū tñz epim in deuolutis cessat illa  
ratio coniunctionis quia in eis nō ē  
tanta coniunctio. Ad quem autē iure  
coniuncti spectat cōferre beneficia. vide  
hic in gl. verbi assensu. Et in hoc scā  
duz est consuetudini ecclesiarum que  
est optima legū interpres. c. cum dile  
ctus. de consue. supra eo. l. de electio.  
in p̄na p̄clusionē

**Altima con.** Habens  
beneficia cuz epi consilio eo mortuo  
vel absente in remotis cōfert sine illo  
probat hic i. s. verbi vero. Aliud in  
eo qui habet conferre cum consensu  
epi fm glo. hic in verbo consilio. Itē  
non posset epi consiliuz alteri cōmit  
tere. quia industria persone videretur  
electa. vt tenet Arch. ad hoc. c. dilect.  
de capel. mo. 7 tenuit Vincen. in. c. cu  
mana. de elec. Et differunt consilium  
et consensus. quia habens aliquid fa  
cere cum consilio alterius. non tenet  
sequi illud consiliū. sed sufficit si ipm  
requirat. Aliud est in consensu. vt in  
c. cum in veteri. de elec. et. c. cū olim.  
de arbi. Quod verum fm Dom. nisi

petatur consiliuz ab eo a cuius pote  
state dependet actuz fieri vel nō fieri  
sicut cum dicimus clericum non pos  
se conueniri cū alio epi sine consilio  
sui epi. c. i. de fo. compet. quia ibi con  
siliū capit pro consensu. Idem esset  
si requirit consiliū a particeps offi  
cij super illa re que ad officiu spectat  
ipsorum. vt patet in coadiutore. c. ve  
nerabili. et ibi Inno. de offic. delega.  
de quo hic latius per Dom

## De rebus eccle sie non alienandis.

### Aduz re

tor cuiusdam ecclesie  
dulmenf petebat des  
cimas infra metas sue  
diocesis consistentes

quas archidiaconus dulmenf. detine  
bat. Archidiaconus dixit eas nō de  
bere restitui ecclesie predicte. quia p  
epim Dulmenf de consilio Capli sui  
fuisset ordinatum. qđ dicte decime de  
berent spectare ad archidiaconum.  
quia tennes et modici alias erant ar  
chidiaconi proventus. Papa senten  
tiauit prout in tex. habet. videlicet qđ  
tempore concessionis et ordinatiōis  
predicte. dicta ecclesia caruit rectore  
et defensore. Nec fuit solennis et dili  
gens tractatus habitus in ea. qui de  
bet interuenire in perpetua ecclesia  
sticarum rerum alienatione. nec etiaz  
euidēs necessitas. aut utilitas suberat  
non deberet dicta ordinatio vel con  
cessio decimarum valere. sed qđ dicte  
ecclesie deberent restitui. prefate deci  
me. Hoc dicit

## Summariū et Cōclusiones sexti

**Prima** Res ecclesie regulariter vtroque iure sunt prohibite alienari nisi sint tales que seruando nequeunt seruari. Prima pars probat i. l. iubemus nulli. et in auct. ibi posita. L. de sacrosan. ec. et s. ro. in rubrica p. totū. et xij. q. ij. in lūma. et per totū. et pcedit tam in rebus sacratis q̄ in nō sacratis ac prophanis. Sūt autē sacre res que per se habēt sanctitatē vt sacra ecclesie. Sacrate sunt q̄ quicq̄ erāt prophane. et postea sanctitatē receperūt p̄ p̄secrationē vt calix. ecclesia. &c. Prophane sunt q̄ nullā receperūt p̄secrationē. licet sint deputate p̄ ministris ecclesie aut diuino cultu. vt habitationes clericorū. p̄ dia. aialia. et mancipia eorū. Et oēs iste regulariter sunt alienari prohibite vt dixi. Scda pars p̄ q̄ res que nequeunt seruando seruari. tenet p̄lat⁹ alienare. als diceret negligens et inutilis. sicut tutor vt habet. L. q̄i decr. opus non est. l. si. et. L. de adm. tuto. l. lex q̄ tutores. facti glo. si. in. c. pasto ralis. sup̄ eo. li. de cle. egrot. Nec hoc casu aliqua solennitas est n̄cāria p̄ p̄secrationē que in alienatione illa r̄ū requirit̄ fm̄ doc. in. c. nulli. sup̄. e. t.

**Secunda** Prohibent̄ alienari alie res ecclasticas. nisi iusta cā subsistente. ac obseruata certa solennitate. Probat̄ur hec p̄clusio hic in tex. Et cā dicit̄ iusta illa que est in iure expressa. vt ē causa n̄citat̄is. cā pietatis. cā vtilitat̄is. et cā minoris incomoditatis. Probatur. x. q. ij. hoc ius. xij. q. ij. aurij. et. c. si ne exceptione. et. c. trulas. Solennitas requisita est illa que habet. xij. q. ij. si ne exceptione. et hic. q̄ tractat̄ Capituli diligens debet fieri ⁊ sepius illō cautū est de alienatōne faciēda. Et si videat̄ faciēda. auctoritas ep̄i de-

bet interuenire ⁊ consensus clericorū. Non autē requirit̄ decretū ep̄i q̄ illō non reperit̄ iure cautū. Et quō dicit̄ auctoritas. decretū. et p̄sens. vide h̄ in glo. verbi tractat̄. Que etiam dicit̄ q̄ non sufficit p̄sensū Canonicoꝝ singulariter adhiberi. ad alienationem nisi prius habito tractatu p̄muni de liberassent alienare. quo casu sufficit p̄sensum singularit̄ adhibere. Itē dicit̄ eadem glo. q̄ non est hodie de necessitate seruanda solennitas. l. hoc ius p̄rectū. x. q. ij. q̄ ab vsu recessit. ⁊ ita sequunt̄ doc. Habet t̄m illa lex in corpore iuris canonici. vt ostendat̄ affectus principū ad ecclesiā. nō t̄m est canonizata. q̄ alij canones de ea non faciunt mentionē fm̄ glo. Et dicit̄ Bonini. q̄ quisq̄ debet scire allegare hanc glo. quod probat. q̄ leges incorporate in volumine decretoꝝ non sunt canonizate. ita q̄ sunt seruande p̄ iure in foro ecclastico. nisi aliq̄ canones faciunt de eis mentionē. Et ita etiā doctores notant in. c. ij. sup̄ de Rp. Et dicit̄ h̄ Bonini. q̄ standū in alienatione rez ecclesie solennitati introduce de consuetudine tā quo ad detrahendū q̄ quo ad supaddendū solennitati de iure introduce. dū t̄m obseruet̄ tractat̄ et cognitio. q̄ illa. p̄suetudine nō possunt tolli. Ita etiam tenent doct. in. c. nulli. supra eo. ti.

**Tertia con.** Pōt ep̄s ecclesiam etiā vacante alteri seu dignitati de cōsensu sui Capituli vnire. Non autē potest re aliquā ecclesie vacantis alteri dare. nisi ei dato defensore. Probat̄ur prima pars in. c. ij. e. ti. Scda pars probatur hic in tex. Et rōnem diuersitatis dat̄ ibi glo. in v. defensor. que est singulari.

**Quarta con.** Pōt ep̄s bō eccle



## De decimis.

vacantis inferioris alienare fuata for  
ma iuris. causa subsistente. et dato illi  
ultimo defensore. Probatur hic iuxta  
glo. verbi defensore. que etiam dicit  
que sit potestas hmoi defensoris eccle  
sie vacantis. potest enim alienare bona  
ecclesie consideratis illis de quibus i  
glo. et eps alienatioi tali debet aucto  
ritatem interponere. Et hoc casu qu  
inferior ecclesia alienationem facit ex  
iusta causa tunc si non est collegiata.  
aut conuentualis sed solu habz recto  
rem. tunc sufficit rectoris consensus. iusta  
causa et auctoritas epi. Nec requirit  
consensus aut tractat? Capli ecclesie ca  
thedralis. Probatur in ca. in venditi  
onibus. xvij. q. iij. Si autem est colle  
giata tunc debet interuenire consensus  
clericorum illius ecclesie et consensus epi  
.c. abbatibus. xij. q. ij. et hec cu eps no  
est alienator sed soluz auctorizans. qa  
si esset ipse principalis alienator etia  
rei inferioris ecclesie requireret teta  
tus et consensus capli eccle cathedralis.  
Ita loquitur hic ter. Item si ecclesia ef  
set pleno iure subdita monasterio ta  
in temporalibus q spiritualibus suf  
ficit auctoritas abbatis ibidem qua  
si epalein iurisdictione habentis. als  
preter abbatis consensus requirit aucto  
ritas epi. dicto ca. abbatibus. Et dic  
epi ecclesie cuius res e alienanda no  
sufficit consensus epi alienatoris. quia  
hic consensus requiritur propter onus re  
ale. quod habent epi in ecclesijs et re  
bus earu sibi subiectis vt in ca. omnes  
basilice. xvij. q. vlti.

**Quinta** ¶ Dicitur concru  
rentibus valet  
alienatio rei ecclesiastice. etiam si data  
sit ecclesie eo pacto vt eam non possit  
alienare. Hanc opi. tenet Goff. in ssa  
ma. de condi. appo. ssa. et Arch in di  
cto. c. hoc ius porrectu. et placet Pa

noz. in. c. verum. de condi. appo. vbi vi  
de per glo. et doct. Hal. tñ contrariu  
tenuit si sit prohibita alienare expref  
sa causa. volens q nec tunc in casu iu  
re pmissi permisso possit alienari. vt  
verba testoris prohibentis alienatio  
onem aliquid operent ultra ius com  
mune. de quo per euz in auz. hoc ius  
porrectum. l. de sacrosan. ec

**Sexta** ¶ Alienatio facta si  
ne causa aut sine so  
lennitate ad hoc hodie necessaria est  
ipso iure nulla Hanc conclusionem  
tenet Arch. c. pro. hic Imol. et Jo.  
de faur. et probat. c. j. pro. ibi i forma  
et casibus a iure permittis. et est com  
munis opinio. Nam iura vniformiter  
prohibent alienationem respectu for  
me. et respectu cause. ergo prohibitio  
pariter debet operari. contrariu tam  
notat glo. xij. q. ij. in suma. et in ca. sine  
exceptione. et male

**Septima** ¶ In cau licito  
tate facta alienatio est valida. etiam si  
grauiter ledatur ecclesia. Hanc pclu  
sionem tenet Ber. in. c. i. de in inte. re  
sti. dicens hoc casu ecclesie subueniri  
per beneficiu restonis in integrum Ita  
etiam tenet Host. in. c. tua nos in ver  
bo irrita. de his que fiut a pre. quia  
enim hoc casu cessat via ordinaria qa  
non potest allegari contractus nullus.  
habet locum restō in integrum. pro  
quo. l. in cause. ij. ff. de minoribus.

**Octaua** ¶ Si in instrumē  
to alienationis  
rei ecclesiastice narratur iusta causa  
solennitate debita interuenisse non p  
bat talia verba in preiudiciu ecclesie  
Probant hec conclusio hic in text. quia  
in prima parte dicit q fuit facta hec  
alienatio ex iusta causa. In scda dici  
tur q no suberat necessitas seu causa  
t. i.

## Sūmariū et Conclusiones sexti

Iusta. et sic in instrumento non videtur  
desuper fides adhibenda. oportet er-  
go q̄ probent ista aliter. Et istam cō-  
clusionē tenet Paulus. in cle. i. eo. tit. q̄a  
etiā non credit verbis narratiuis sen-  
tentie si iudex dicat viso libello lite p̄  
testā r̄. vt notant doct. in. c. si papa r̄.  
de priuileg. et in auē. si quis i aliquo. l.  
de eden. nisi esset talis solennitas que  
tunc temporis potuit interuenire vt  
sibi notat

**Ultima** Alienans rem  
ecclesie in cāu-  
non permissio. aut non seruata solenni-  
tate debita punitur multiplici pena.  
Probat in. c. nulli. in. c. si quis presby-  
teroz. s. eo. l. iubemus. l. de sacrosā.  
ec. nam debet deponi. Itē potest ex-  
cōicari. nisi seruet ecclesiam indemne  
faciendo celerem restōnem. p̄t enim  
agere p̄tra eum in quem alienauit. cū  
contractus non teneat. et ille tenetur  
restituere rem cū fructib⁹ si malefidei  
possessor erat. de quo in. c. si quis pre-  
byteroz. s. eo. ti. per gl.

### De consultis

fimo edicto prohibet Pa-  
pa ne aliquis prelatus ec-  
clesias sibi cōmissas bona ipsarū aut  
iura laicis. supponat aut sbiciat eos  
tanq̄m superiores aut aduocatos re-  
cognoscendo. in perpetuū aut ad tē-  
pus longum. sine consensu sui Capli  
et sp̄ali licentia Pape. Non t̄m pro-  
hibet bona in feudū p̄cedere. aut i ca-  
sibus licitis alienare. et omnes cōtra-  
ctus pene et iuramenta p̄tra predicta  
prestata. et ex eis secuta decernit omni-  
no esse nulla. Nihilomin⁹ prelati con-  
trafacientes ipso facto per trienniu  
ab officio et administratione sunt sus-  
pensi. Clerici aut scientes tale quid fa-  
ciū. et id superiori non notificantes. a

beneficijs q̄ in ecclesia sic gravata ob-  
tinent. similiter p̄ trienniu sunt suspen-  
si. Laici aut qui ante hanc p̄stitutionē  
prelatos et clericos ad hanc p̄missionē  
nem p̄pulerūt nisi dimittant p̄missionē  
nem et ecclesias in libertate dimittant  
post monitionē eis factā. et qui de ce-  
tero hmoi cōpulsionē fecerint ipso fa-  
cto sint excōicati. Si aut habita l̄tia  
et interueniente p̄sensu. de quib⁹. s. fiat  
tales p̄missiones. nō debēt laici pro-  
pterea vltra naturā p̄tractus. aut les-  
gem eis datā. aliqd̄ vsurpare. et p̄tra-  
riu facientes nisi moniti desistant. et  
vsurpata restituāt excōicationē ipso  
facto incurrit. et terra ipsorū. inter di-  
cto potest supponi. No c dicit

**Prima** Prelati ecclesi-  
arū prohibiti  
sunt sūmittere laicis suas ecclesias seu  
bona immobilia aut ipsarū iura sine  
p̄sensu sui Capli. et pape speciali l̄tia  
Probat hic in princ. Et dicunt fieri  
hmoi p̄missiones dū ecclesiaz prela-  
ti constituit aut recognoscūt se tenē  
bona hmoi a laicis vt hic in tex. ha-  
bet. Et est rō hui⁹ prohibitionis fm  
Arch. q̄ ista p̄missio si bene p̄sideret  
est quedā alienatio. prelati enim vidēt  
tur confiteri. q̄ dominiū directū ad  
laicos pertinet. sicut cū constituo me  
possidē rem nomine alieno. abdicat  
a me possessio. l. quod in eo. ff. de adq.  
possi. c. cū venisset. de rest. spo. Dicitur  
aut licentia pape specialis que est ex-  
pressa fm Jo. an. allegat. l. negocium  
l. de nego. gest. Et fm Papū oportet  
papā scire quare et de quib⁹ reb⁹ sit li-  
centia p̄cedenda. arg. eoz que haben-  
tur in. l. ob es. l. de p̄ed. mino. et. l.  
magis puto. s. non t̄m. ff. de re. co. Et  
fm doc. hec p̄stō esset seruanda etiam  
si bona alicuius ecclesie aliter nō pos-  
sent redimi a vexationib⁹. quia nō de

## De rez permutacione

beret facē hāc sūmmissionem non seruat  
tis his de quibus hic i. tex. dicitur ni  
si fieret ad tempus modicum vt hic  
pater. Et videtur ex dictis q̄ ecclesie  
non debēt habere aduocatos aut pa  
tronos. nisi vt hic text. permittit. Qd̄  
verū nisi in fundatoribus et alijs q̄s  
iura permittunt. Et sic non ob. c. pre  
terea. c. quanto. et. c. a nobis. cū simili  
bus. s. de iurepat.

**Secunda** Non prohibetur prelat⁹  
bona ecclesie in emphyteosiz conce  
dere. Probatur hic in versū. non con  
cedendo. quod verum in concessio et  
obseruata forma iuris. vnde possessio  
ones minus vtilis dantur in emphy  
teosim etiam perpetuas. c. perpetua  
r. q. ij. dūmodo seruetur forma iuris.  
alias non possunt dari in emphyte  
osim. xij. q. ij. c. alienationes. sicut nec  
alienari. c. nulli. s. e. Item vtilis et pre  
ciosa etiam non dantur in emphyte  
osim. dictis. c. alienationes. et. c. nulli.  
Et de hoc contractu emphyteotico  
vide in Spe. de loca. s. nunc aliquo. et  
hic Dom̄ in prima oppōne. et. c. potu  
it. sup̄ de loca

**Tertia** Puniuntur prela  
ti hanc sūmmissio  
nez facientes. ac clerici ecclesie supe  
riori denunciare negligētes. et etiam  
laici clericos ad eam cōpellentes. Et  
pene omnium istoz patent clare ex tex.

**Ultima** Ex sūmmissio  
ne etiam licite  
laico facta non debet sibi vindicare  
plus iuris q̄ ex pacto sibi competat.  
aut ipsius contractus natura Proba  
tur hic in fi. als punitur pro vt ex tex  
patet.

## De rerum per mutatione

icet aliqui

expectent beneficia p  
rimo vacatura in ali  
qua diocesi. per hoc  
tamen qui sua benefi

cia in eadem diocesi s̄z formam iuris  
resignant ex causa permutationis fa  
ciende. non vult papa in permutatio  
ne impediri vt i hoc preferatur equi  
tas rigori. Hoc dicit

**Ex tex.** elicitur talis cōclusio  
Permissa est permu  
tatio beneficiorum etiam vbi est expe  
ctans beneficium proximo vacaturū  
Probatur hic in tex. Licet enim in p  
mutatione oportet interuenire vaca  
tionem beneficiorū. vt hic probatur.  
et sic de rigore iuris talia beneficia ex  
causa permutationis resignata comp  
hendantur sub gratia. tamen equitas  
hoc casu suadet contrarium. ideo illa  
est seruanda. presertim hoc casu. quia  
est scripta. de quo in. l. placuit. c. de  
iudi. et. c. si. supra de transact. Et licet  
hec materia sit lata. et hic doc. scribāt  
plura. breuiter tamen est sciendum p  
intellectu materie. q̄ quedam est per  
mutatio beneficiorum vt habeantur  
in proprietate. vt q̄ quis habeat ius  
conferendi. aut presentandi beneficiū  
pleno iure Et illa permutatio admit  
titur etiam eis non vacantibus. et eā  
faciunt nō beneficiati. Sed monaste  
ria loca aut prelature. probatur in. c.  
ad questiones. supra e. facit. c. consul  
tationibus. de donat. Alia est permu  
tatio beneficiorum vt habeantur in

## Sūmariū et Conclusiones sexti

titulum. Et ut illa valeant plura req  
runtur. Primo ut vnum beneficium  
cum alio beneficio permuteē et vtrūq;  
q; in titulum habeatur. Si igitur be  
neficium sit alicui assignatum pro sti  
pēdio iuxta. c. super specula. de magi  
stris. non posset illud permutare cuz  
alio in titulum assignato. Probatur  
hic in tex. Idem in expectante benefi  
cium tm̄. quia non habet adhuc titu  
lum. Idem etiaz in hospitali leprosa  
rio. p̄stimonā aut huiusmodi. nisi ha  
beantur in titulum. facit cle. per lites  
ras. d. preben. Secūdo requiritur q; be  
neficiū non sit pape specialiter aut ge  
neraliter reservatum. q̄a in reservatis  
cessat potestas inferioris fm̄ Domini  
Tercio requiritur q; sit tale q; quando  
q; vacet. Unde in beneficijs que sunt  
de mensa cessat permutatio. quia nūq;  
q; vacant fm̄ gl. in cle. frequens. de ex  
cess. prel. Idem in canonicis in eccle  
sia non numerata fm̄ Jmo. in cle. vni  
cam. eo. titu. Quarto requiritur q; sit  
beneficiū infra ep̄ale quia in ep̄alib;  
soli pape reservat translatio. de trasl.  
prela. per totum fm̄ Jmo. vbi supra.  
Quinto requiritur q; ante permuta  
tionem fiat resignatio. quia benefici  
um non vacans alteri in titulu; neq;  
conferri. c. ij. de concl. preben. Et fieri  
debet resignatio in manus eligentiū.  
vel collatoris. aut etiam debentis au  
ctorizare per mutationem fm̄ doc. h.  
Sexto requiritur q; inueniat aucto  
ritas superioris. nam cū permutatio  
beneficiorū sit prohibita in concilio  
Turonei. vt in. c. maioribus. de p̄bē.  
non debet admitti. nisi quatenus dis  
pensatum reperitur contra illud. S;  
reperitur dispensatū quia si superior  
viderit expedire posset transferre p̄  
sonas. et non alias. c. questum. sup̄ e.

tiu. Dicitur aut̄ hoc casu superior ep̄i  
scopus. aut alius inferior habēs ep̄i  
scopale fm̄ glo. et doct. in cle. vnica. e  
odem ti. et cle. i. de statu mo. Et quid  
si compermutātes sint de diversis di  
ocesis. vide hic in glo. verbi colla  
tionē. que dicit q; debet fieri resigna  
tio beneficiorū in manibus vtriusq;.   
Quod verum si ambo conveniant si  
mul. alias multe intricatōes fieri pos  
sent Septimo requiritur q; interueniat  
consensus omnium qui habent inter  
esse in beneficijs. et voluit hic glo. a. l.  
et sufficit si sequatur saltem consensus  
ex quo requiritur per modum consen  
sus tm̄ per nō. doc. in. c. cum consuetu  
dinis. de consue. fm̄ Pau. et doc. Ha  
bent autē interesse electores. collato  
res. patroni. aut habentes ius institu  
endi aut confirmandi. et ergo omniū  
consensus requiritur Et si tales contē  
pti fuerint et nō vocati possunt inua  
lidare permutationem fm̄ Fred. de se  
nis. Et videtur satis q; id possent in  
fra tempus pronissionis aut presenta  
tionis eis a iure datum. nisi obster tē  
pus edicti emissi. c. si. de elect. li. vi. Et  
si isti requisiti nolunt consentire non  
potest episcopus permutationem eis  
inuitis expedire etiam si summe vtilis  
ipsis ecclesijs esset. fm̄ Fre. de senis. p̄  
xxiij. Octavo requiritur q; beneficia  
sint talia q; permutantes ius i eis ha  
beant. Unde si vnus ius non habeat  
in beneficia. quia illud symoniae est  
adeptus si permutat cum alio iustū  
titulum habente. non potest scdm̄ ius  
ista consciētia retinere quia primū su  
um non erat ergo nec surrogatum in  
locum eius. facit. c. ecclesia. vt lite p̄.  
Et si contrarium diceremus vtile eēt  
beneficia per symonias acquirere cō  
tra. c. quanto. de dīnoz. Vide hic late

## De testamentis

Boni. et Fred. de senis in tractatu de permutatione beneficiorum. et Alexandri in repetitione huius. c. et doct. s. eo. ti. questum.

### De testamentis

#### i pater ha

bens filium et filiam  
impuberes. ac uxores  
Condant testamentum  
et in eo instituat here

des. filiam in certa re. et filium in alijs bonis. et si alter eorum sine liberis decedat. moriatur alteri. et si uterque sine liberis decesserit. christi pauperes instituit. uxori autem aliqua in testamento suo legavit. tunc si moriatur testator. deinde filius. et post hoc filia. infra pubertatis tempora. et remaneat mater in vita. omnia bona ad pauperes sunt devoluta. Nec debet mater deducere quartam trebellianicam. aut iure nature debitam. nam dicte substitutiones de filio. ad filiam et egra. et de eis ad pauperes. sunt censende directe quia semper substitutio interpretanda est. ut intelligatur directa. dummodo verbis et personis conveniat. licet quibus etiam directa ex causa censeatur obliqua. Et quis dicitur filius testamentum faciendo non posset primare matrem debita iure nature. pater tamen faciendo testamentum ipsi filio id potest. cum tale sit paternum testamentum. Hoc dicit. Et pone casum ut in gl. s.

**Prima con.** solenniter testari debet heredem in testamento in

stituire. alias testamentum est inutile. Probatur in s. ante. Insti. de lega. l. si. ff. de codicill. 7. si. Insti. de fideicommiss. heres. Est autem duplex institutio. videlicet prima 7 illa retinet nomen generis. et dicitur institutio. Et secunda et illa assumit sibi nomen speciale. 7 dicitur substitutio quod dicitur secunda. quod secundo aut ulteriori loco seu gradu sit. de qua per glo. rubricam Insti. de vulg. substi. Unde si instituo Sempronius heredem. et si heres mihi non erit. sit Titius mihi heres. tunc Sempronius dicitur institutus. Titius autem qui secundo loco instituitur dicitur substitutus. Et quod substitutio etiam sit institutio probat hic text.

**Secunda.** Si testator habeat filios in potestate. illos tenetur instituire aut exheredare expressse. alias nullum est ipsius testamentum. Probatur hic. et Insti. de exhereda. libe. in prin. 7. s. nostra. Et quod dicitur quod potest eos exheredare. verum est ex iusta causa expressa in testamento. de quibus causis in c. quinta vult per gl. supra de iureiuran. Potest autem inaequaliter filios instituire ut habet patet. et plus uni quam alteri relinquere. Honestum tamen est propter discordiam vitandam ut servetur equalitas. l. illud. c. de donat. Quid autem habebit institutus in re certa. vide habet in glo. verbi certa re. et in l. quotiens. c. de heredi. insti. nam habetur pro uni versali herede si non habeat coheredem si habet coheredes habetur pro legatario potest auctoritate propria apprehendere rem quod non potest legatarius. ut ff. quorum legato. per totum. Item inter eum et inter universaliter institutum habet locum ius accrescendi quod iterum non habet locum inter legatarium et heredem. de quo per Bar

## Sūmariū et Conclusiones sexti

in. l. et factio. ff. de heredi. institu. parti  
cipat igitur iste de natura vtriusq.  
Quid autem si pater non instituit  
filium in aliquo sed legasset ei plura  
bona Solutio non valet testamentū  
quia titulo institutionis debet habē  
aliquid ex testamento aliter dicit illud  
nullum Ita tenet hic gl. verbi institu  
it in prima opt. quam tenet arch. in c  
raynuncius et eam dicit dominicus  
debere seruari in practica

**Tertia** Potest pater testa  
mentum facere ne  
dum sibi. sed et filiis suis in potesta  
te impuberibus Probatum hic in tex  
et insti. de pupil. substi. in pn. qd̄ vez  
si pater sit sui iuris. quia si sit in pote  
state sui patris testari non potest. et si  
am d̄ consensu patris sui. quibus dona  
tionem causa mortis facere posset. de  
illius consensu. vt. ff. de testamta. l.  
qui in potestate. et insti. qui. non est p  
mis. test. facere in principio et ibidem  
vide rationem diuersitatis per glo. et  
rationem conclusionis dat hic gl. ver  
bi pupillorum. Et procedit hec con  
clusio si pater sibi fecit testamentum.  
quia pupillare pars est paterni testa  
menti. vt h̄ in fine. et ff. de vul. et pup  
l. ij. et ibi plura requisita ad pupilla  
rem substitutionem notantur. et Insti.  
de pupil. substi. in glo. i. et hic per  
Archidiacl.

**Pro euidentia ta**  
men huius conclusionis et totius ma  
terie sciendū q̄ duplex est substitutio  
quedam est directa. quedam obliqua  
seu indirecta. Directa est quando sub  
stituitur propria auctoritate capit bo  
na testatorum. Indirecta dicitur vbi  
substitutus de manu alteri bona he  
reditaria capit. que etiā dicitur fidei

commissaria. Exemplum est si dico In  
stituto sempromium heredem et rogo  
seu volo q̄ restituat hereditatem aut  
bona talia Titio. Ita dicit glo. in. l.  
inter omnes. ff. qui satisd. cog. Substi  
tutio directa diuiditur in quinq̄ spe  
cies. quedam est vulgaris. quedam pu  
pillaris. quedam exemplaris. quedam  
reciproca seu breuiloqua. et quedam  
compendiosa. de quibus omnibus p̄  
glo. supra e. c. Raynuncius. in verbo  
absq̄ liberis. et Insti. de pupil. substi.  
s. qua ratione. Vulgaris est que a  
quolibet et cuiuslibet fieri potest. Ideo  
hoc nomen habuit. et fit his verbis.  
Titium heredem instituo. et si heres nō  
erit. Sempromium substituo. que ver  
ba sunt affirmatiua habito respectu  
ad eum qui substituitur. et negatiua si  
referantur ad eum cui fit substitutio.  
et hec est quandoq̄ expressa vt in ex  
emplo posito. quandoq̄ tacita vt q̄n  
do est in alia specie apprehensa vt pate  
bit. Pupillaris q̄ fit pupillo extitē  
ti in potestate his verbis Titium fili  
um meum impuberem heredem insti  
tuo. et si heres erit. et in pupillari eta  
te decesserit. sempromium substituo. vt  
Insti. de pupil. substi. in prin. Idem  
si dicitur moriatur sempromio vt hic  
in tex. Et est etiam duplex scilicet ex  
pressa que fit verbis expressis conue  
nientibus. vt in exemplo dato. Et ta  
cita que est sub alia specie inclusa. l. iā  
hoc iure. ff. de vul. et pupil. Exem  
plaris est quam parens facit filio mē  
te capto. que ad exemplum pupillari.  
ex humanitate. quedam inuenta fuit  
vt. l. de insti. et substi. l. humanitat.  
et in ea debet substitui filij. aut eis nō  
existentib⁹ fratres. vt in illa. l. de qua  
in s. qua ratione. Insti. de pupil. substi.  
Breuiloqua seu reciproca dicit q̄

## De testamentis

breuib<sup>9</sup> verbis plures substōnes com-  
prehendit. ad minus enim duas sub-  
stitutiones continet. et potest duab<sup>9</sup>  
personis duntaxat instituti octo cō-  
tinere substitutiones. Fit autem his  
verbis aut similibus Titū aut Sem-  
pronium heredes instituo. et eos in-  
vicem substituo. vt hic in gl. verbi de-  
ductione. Compendiosa dicitur q̄  
sub conditione mortis v<sup>9</sup> alia. multa  
tempora complectitur vt Sempronii  
un filium meuz impubere instituo  
et quandocūq; decesserit. sit Titius  
heres. vt hic in glo. alleg. Nam conti-  
net vulgarem si filius meus moritur  
anteq; adeat hereditatem. l. iam hoc  
iure. ff. de vulg. et pupil. Continet pu-  
pillarem si heres sit et in pupillari eta-  
te decesserit. al. l. iam hoc iure. Item  
fideicommissariam si heres sit et p<sup>9</sup> pu-  
bertatem decesserit. de quo Bar. in. l.  
centurio. ff. de vul. et pupil. Et in hac  
compendiosa versantur triplicia vba.  
scilicet directa. obliqua. et communia  
Directa sunt illa que importat vt si  
institutus potest adire hereditatez per  
se. vt sit instituo. heres esto. et similia  
vt in toto titulo. ff. de heredi. institu.  
Verba obliqua sunt que de sui natu-  
ra vt substitutus capiat de manu al-  
terius. vt patet in verbo restituatur.  
reddatur. et similibus vt. ff. ad trebel.  
per totum. Verba communia sunt q̄  
possunt adaptari ad vtrāq; significa-  
tionem. vt in vbo substituo. peruenit  
at. pertineat. habeat remaneat. deuol-  
uatur. de quo latius in dicta. l. centu-  
rio. et verbum moriatur cōmune ē vt  
hic. Imo i dubio potius interpretā-  
da sunt verba. vt sint directa q̄ obliq̄  
Et effectus cognitōnis horum ē ma-  
gnus. quia si compendiosa facta ē pu-  
pillo per verba directa. valet infra tē-

pus pubertatis iure pupillaris. p<sup>9</sup> pu-  
bertatem euanescit omnino. quia ver-  
ba directa obliquari non possunt. ni-  
si vt habetur in. l. verbis civilibus. ff.  
de vul. et pupil. et maiori. xliij. annis.  
Paganus directe non potest substitu-  
ere. ff. Insti. de pupill. substi. l. alud  
in milite vt hic in glo. verbi deducti-  
one. Si autem compendiosa sit facta  
per verba obliqua pupillo. valet om-  
ni tempore iure fideicommissario et  
obliquo. quia omni tempore per ob-  
liquum possum alicui substituere. vt  
in toto titulo ad trebel. ff. Si autem  
verbum commune sit in substitutōne  
tunc infra pubertatem valz iure dire-  
cto. vt pupillaris. quia personis con-  
gruit vt hic in tex. post pubertate va-  
let iure obliquo. et obliquatur tē ver-  
bum. ideo dicitur commune. Et hoc  
casu potest deduci quarta trebelliani-  
ca. que alias non haberet locuz in s-  
stitutione directa. Et i hoc fundatur  
decisio huius tex. Nam substitutiones  
de quibus in tex. erant pupillares di-  
recte. non tamen expresse sed tacite cō-  
prehense sub compendiosa. et quo he-  
reditas fuit adita per eos. alias esset  
vulgaris in compendiosa comprehē-  
sa. l. quis. l. de impu. et alijs substit.  
Ideo pauperes hic substituti merito  
omnia bona testōris et pupillorū ha-  
bere debent absq; deductione quarte  
trebellianice. Sec<sup>9</sup> si ex obliqua suc-  
cederent pauperes. quia tūc deducti-  
onem pati deberent vt p3 ex dictis  
**Ultima con.** Ubi te-  
stator di-  
cit filium meum instituo heredem. et  
quandocūq; decesserit volo q̄ mori-  
atur pauperibus. tunc si infra puber-  
tatez moriatur succedūt pauperes iu-  
re directo. si postea succedūt iure ob-

## Sūmariū et Conclusiones sexti

liquo seu fideicommissario. Probat̄  
hec conclusio hic in tex. Et primo ca  
su cessat omnis deductio quartæ. sc̄do  
casu deducitur duplex quarta. scilicet  
trebelleianica. et quarta iure nature  
filio debita. Unde nota q̄ licet multi  
plex sit quarta vt notat glo. in. c. ray  
nuncius supra eodem que incipit nō  
ergo. tamen ad propositum nostrum  
triplex est quarta. quedam est trebel  
leianica que detrahitur per heredes  
rogatum restituere alteri totaz here  
ditatem vt Insti. de fideic. here. § sed  
quia. Alia est quarta falcidie que de  
bet iure instōnis. et ista detrahit̄ per  
heredem de singulis legatis qm̄ tot le  
gata sunt facta vt heredi non remane  
at quarta hereditatis. vt Insti. ad le.  
fal. in prin. Alia est quarta debita iu  
re nature. et debetur filio in bonis pa  
ternis. et e contra parentib⁹ in bonis  
filioꝝ. et est hodie aucta ad trientem  
qm̄ sūt quattuor filij aut infra. aut ad  
semissem qm̄ sunt sex filij. aut supra vt  
in au. de trien. et semis. § et nos. coll.  
liij. et est glo. in. § si. Insti. de in off. tes.  
Si ergo iste filius de quo i text. dece  
sisset post pubertatem tūc mater pos  
set sibi retinere primo debitā iure na  
ture filio et sic trientem. sc̄do quartaz  
trebelleianicam. et sic medietatem bo  
noꝝ. et solum residuum in edictatem  
teneret restituere pauperibus. et hoc  
tenendo opi. glo. hic in verbo trebel  
leianice. videlicet q̄ licet in legato fa  
cto pauperib⁹ cessat quarta legis fal  
cidie vt in au. similiter. l. ad. l. fal.  
tū trebelleianica pōt de hmoi legatis  
detrahi. ita sentit hic glo. Bart. tū in  
l. marcellus. ff. ad trebell. tenet p̄tra  
rium per multas rōnes. et Anto. in. c.  
Raynaldus. §. eo. dicit se vidisse con  
silia p̄ vtraq̄ presentit tū opi. Bar.

equiorem esse. idē tenenda est. et eti  
am videt̄ p̄muntor. et vide p̄ legistas  
in au. sed cū testōꝝ. l. ad. l. falci. et in  
l. si quis ad declinandū. l. de epis. et  
cle. et. §. e. i. c. Raynaldus. et c. Raynald⁹  
ibi plene d̄ ista deductōe duaz q̄rtaz

### Religiosus ex

ecutor in testō. aut alia vlti  
tima voluntate deputat⁹.

non p̄t officij executionis suscipere.  
aut exequi. sine superioris sui licentia  
q̄ velle aut nolle non habz Item plu  
ribus executorib⁹ simpliciter deputa  
tis. si vnus absens. mortuus. aut alie  
impeditus fuerit. aut se intrmittere  
noluerit. alie libere id exequi poterit  
ne volūtas testōꝝ impediatur. hoc d̄

### Prima con

Religio  
sus depu  
tari p̄t executor vltime volūtat̄. ne  
quit tū officij executionis assumē nō  
obtentā licētia sui superioris. Proba  
tur hec p̄lo in prima pte text. Et rō  
dubitandi p̄t sumi hic ex gl. verbi ob  
tentā. Ratio aut̄ decidēdi est s̄m Jo.  
de faul. pietas huius officij. que ope  
ratur hoc idē qd̄ vtilitas monaste  
rij. habita licentia superioris. et sentit  
etiam glo. alle. in prin. Dicunt̄ autem  
executores testamentoꝝ qui vltimas  
voluntates defunctoꝝ ad effectum p̄  
ducunt. qui alio nomine fideicōmissa  
rij appellant̄. et alijs noib⁹. de q̄bus  
in Spe. de instru. edi. § nunc vero. v̄si  
poro. Et intellige hanc p̄clusionem  
de religioso claustrali vt hic in glo. ij  
Secus in non claustrali vt priore cō  
uentuali aut abbate qui possunt assu  
mere officij executionis sine supioꝝ  
licentia. quia tales p̄curatores cōsti  
tui possunt. c. sopite. de censu. et est gl.  
in cle. i. de procura. Sufficit autē in



## De sepulturis

casu huius tex. et conclusionis licetia  
immediati superioris fm Jo. an. Nec  
sufficeret tacitus consensus scilicet si  
non contradicit. pro hoc glo. in vbo  
obtena in cle. vnica. e. ti. Et vacante  
monasterio puentus potest dare hanc  
licentiam aut administrator quia co  
uentus succedit in iurisdictione. c. cu  
olim. de maio. et obed. et. c. vntco. sup  
eo. li. et ti. fm Papum. et Boni. Et an  
mulier potest esse executor aut minor  
vide hic in gl. ij. quam etiam t3 Spe.  
alle. s. vl. qd de minore. et sic sequenti  
et Bar. in. l. a filio. i. pn. ff. de ali. lega.

### Secda con. et fi.

Ratio  
plurium executorum simpliciter facta  
censetur distributive facta. vt singula  
riter officium possint exeq si subest ca.  
Probat h. in scda parte tex. Si au  
tem no sunt simpliciter deputati. sed  
cum clausula. tunc seruetur voluntas  
restoris. vt hic in glo. verbi ex pressit.  
Aliud tamen est in procuratoribus sim  
pliciter constitutis. c. si duo. supra eo.  
li. de procura. Et ratio tangitur h in  
tex. que est multum favorabilis. Et p  
cedit conclusio etiam si executor pmo  
acceptavit beneficium et postea no vult  
exequi. quia alter solus potest proce  
dere fm Archid per rationem huius  
tex. Nec ob. c. Jobes. supra eo. quod  
vult executores compelli ad executi  
onem postquam assumpsit officium. quia  
illud non tangit hunc casum. Item p  
cedit hec conclusio si executor vult h  
non valet exequi fm Jo. an. nisi esset  
impedimentum modici temporis sine  
preiudicio executorum. facit hic ter.  
dum dicit nimium differri et. c. scisci/  
ratus. de Rp. et. c. prudentiam. s. ad iudic  
mus. de offi. deleg.

## De sepulturis

### Nimarū

periculis obviare cu  
piens papa prohibz  
omnibus clericis reli  
giosis et secularibus  
ne aliquem inducant ad vouendum.  
Turandum aut fide interposita pmit  
tendum ecclesiasticam sepulturam apud  
eorum ecclesias eligere aut electas no  
immutare. et facta in contrarium de  
cernit nulli? firmitatis. Et statuit q  
talis eligens non possit sepeliri apud  
ecclesiam sic electam. nec alibi eligens  
di sepulturam habeat facultatem. ne  
contra promissionem votuz aut iura  
mentum veniendi habeat occasiones  
Sepelietur autem apud illam eccles  
iam apud quam de iure esset sepeli  
endus. si ab intestato eet mortuus. Cle  
rici seculares aut religiosi contra ista  
constitutionem aliquos in suis sepeli  
entes ecclesijs. tenentur ad restitutionem  
corporum sepulchrorum. si petantur. et  
omnium. occasione funerum ad eos  
peruentorum. infra decendium. Et ni  
si hanc restitutionem infra illud tem  
pus fecerint. ex tunc et cimiterium sibi  
dicta corpora sunt sepulta eo ipso sunt in  
dicto supposita donec predictorum resti  
tutio plenarie sit facta. Hoc dicit.

Prima Non pnt clerici  
seculares pacisci. vt moriens quis eli  
gat apud eos sepeliri. Probat h. hec  
conclusio in. c. pleriq. sup de pac. Et  
rationem dat hic gl. iij. Intellige au  
tem hanc conclusionem q tale pactum  
interuenire non potest. cu3 ipis sepe  
liendis. Valeret tamē tale pactum fa  
c

## Sūmariū et Conlusiones sexti

Am cum ecclesia. vt probatur in. c. i. supra e. li. de pact.

**Secunda con** Si ta  
mē bu  
tulinodi pactam iuramento fuerit fir  
matum. iurans contra ipsum veniens  
non evitabit periurium. Probatur hec  
conclusio hic in tex. fm Job. de faut.  
dum dicit nec alibi. Et ratio est ne  
detur materia infringendi iuramentū.  
Hoc igitur casu plus attenditur acces  
soriū q̄ principale. et hic gl. in verbo  
veniendi allegat simile. Et eodez mō  
votum aut fides firmat tale pactum  
quia hec quo ad deum eque obligāt  
vt iuramentū f3 gl. ij. hic. de quo vi  
de Panoz. in. c. debitor. supra de iu  
re iurā. et glo. singularē in. c. penult. de  
iure iuran.

**Tertia con** Siquis a re  
ligiosis aut  
secularibus clericis ad iurandum vo  
nendum. aut fide interposita promit  
tendus inducatur vt apud eorum ec  
clesiam. sepulturā suam eligat. aut ele  
ctam non immutet. huiusmodi pacto  
non obstante. vbi de iure sepeliēd<sup>o</sup> ē  
sepeliatur. Probatur hic i. tex. Papa  
enim hoc casu decernit iuramentum  
non obligare prout in simili facit sup  
e. c. ij. de re. eccl. nō alte. Ubi autem de  
iure cōmuni quis debeat sepeliri. dic  
hic glo. verbi apud quas. q̄ in eo lo  
co vbi maiores eius soliti erant sepe  
liri. vt in ca. ebron. cum sequentibus.  
xij. q. ij. Et dic q̄ si de sepulcro maio  
rum non apparet. tunc si est indigena  
sepelietur apud ecclesiam vbi diuina  
audiuit. c. i. supra eodem. vbi de hoc.  
De viatore dicit Arch. q̄ sepelietur i  
ecclesia parochiali in qua mortuus ē  
vt. xij. q. ij. ecclesias. Idem Hugu. xvi  
q. i. et Vincen. supra e. c. nos instituta

Item si iste fuit inductus vt apud ali  
am ecclesiam non inducentium iuree  
eligere sepulturam. ibi non habet lo  
cum hic tex. nec pena fm Jo. an. quia  
etiam cessat ratio text. que erat vt pu  
niatur auaricia inducētū fm Jo. de  
lignan.

**Altima con** Sepeli  
ens in ca  
su prohibito funus tenetur restituere  
corpus et omnes occasione ipsius p  
uentus. Probatur hic in fi. et in. c. in  
nostra. supra eo. Hoc autem casu est  
gravior etiam pena scilicet interdicti  
si infra decem dies non fiat restitutio  
Et quando incipiunt currere illi des  
cem dies. vide hic in glo. antepenult.  
Et hodie venientes contra hanc cō  
stitutionez preter has penas sūt ipso  
facto excoicati. vt in cle. cupientes. in fi  
ne de penis

**Am quis e**  
c  
ligit sepulturam alibi. q̄ in  
ecclesia apud quā maiores  
sui soliti sunt sepeliri. debet solui por  
tio canonica non ecclesie dimisse. h3 il  
li in qua cōsuevit audire diuina offi  
cia. et recipe sacra ecclastica. Cū at ha  
bēs duo domicilia in etio loco eligit  
sepulturā. debent ecclē domicilioz di  
uidē in se portionē canonicā. Et si di  
missa sepultura maior. eligat q̄s sepul  
turā i loco min<sup>o</sup> religioso. valz electō  
lz antiq̄ iura loquant vario mō. B d  
**Prima con** Licz in se  
pulcro  
maiorum. de iure debeat quis sepeli  
ri. si tamen in alia ecclesia sepulturam  
eligit debetur portio canonica nō di  
misse sed parochiali. Probatur hec p  
clusio hic in tex. Et prima pars pro  
batur etiam in. c. i. supra eo. et dixi su

## De sepulturis

pra. c. pro. Quare autem debetur canonica portio ecclesie parochiali prout hic ex ter. quia pro laboribus in administrandis sacramentis et diuinis officijs. Qui enim socius fuit laboris debet etiam esse socius consolationis et dignus est operarius mercede sua. c. supra eo. ti. Unde dicit hic Archi. q. etiam de eo qui moritur in aliqua religione in anno probationis debet ecclesia parochialis habere suam canonicam portionem. quia non plene conuersus est. nec videtur mutasse domicilium. Pro quo. xij. q. ij. quia ergo. Idem sequitur Jo. de fau. Jo. an tamen in. c. de his. supra eo. in glo. ij. tenet contrarium. de quo vide hic p. Domicil.

**Secda con.** Potest quis habere plura domicilia quo casu si alibi eligat sepulturam. debet inter ecclesias domiciliorum diuidi portio canonica. Probat hic in. j. cum ab eo. Ratio quia eadem ratio facit pro utraq. propter exercitium enim et officia diuina datur portio. Igitur si exercitium diuiditur non habebit quilibet integram portionem sed equaliter diuident inter se portionem vnam. Et facit q. si princeps promittit centum primo intranti castrum. si plures intrent q. omnes non habebunt nisi centum. quod communiter tenent doct. per. si plures Insti. de leg. ag. suc. et de hac q. in. l. cu. ex pluribus. ff. de manu testa. Ubi autem quis dicitur habere domicilium. vide in. l. ciues. l. de incolis. li. x. 7. In lege. ff. de ver. sig. Et dicit q. vbi se collocat cum familia sua. et maiorem partem suarum fortunarum habet. de quo in. c. et pre supra de fo. compet. et. c. cum nullus. supra de tempo. ord. Hic autem quo

ad canonicam portionem consideramus locum domicilij que inhabitat fm. Dom.

**Tertia con.** Licet portio canonica in mendicantibus sit determinata ad quartam. in alijs tamen consuetudini stat. Probatur hec conclusio hic in gl. verbi canonica. Et vbi non est consuetudo de aliqua parte certa. semp. debet quarta. quia in illa portione tanquam in minori summa concordant omnes canones. c. de quarta. de prescrip. c. conuerente. de offi. ord. Facit regula in obscuris. de reg. iur. Et ita etiam notatur supra eo. certificari. Pacto tamen aut compositione posset determinari sicut consuetudine. c. ex parte. iij. supra eo. de ver. sig.

**Altima** Valer non sepulture electio etiam in loco minus religioso probatur hic in si. ter. Olim iura diuersimode circa hoc disponebant. ut patet in. c. fraternitatis. supra eo. Sed hic papa hanc diuersitatem iurium declarauit prout illud ad eum spectat. c. supra litteris. s. de Rp. cu. concord.

**S qui domicilium** habet in ciuitate aut castro. si causa re creationis. aut alias ad tempus. ad villam ruralem se transfert. et ibi moritur. non electa sepultura debet sepeliri non in ecclesia vicine ville. sed in ecclesia sua parochiali. vel potius vbi est maiorum suorum sepultura. si sine periculo possit ad eam deportari. Mulier autem que plures maritos successiue habuit. si non electa sepultura moritur est cum ultimo viro sepelienda. Hoc dicit

## Sūmariū et Conlusiones sexti

**Prima con.** <sup>Transse</sup> rēs se ad alium locum ex causa ad tempus. nisi bilominus sepeliri debet apud ecclesiam ubi de iure quis est sepeliendus. Probat̄ur hic in tex. quod verum si sine periculo ad locum sepulture debite potest deferri. alias potest sepeliri apud ecclesiam ubi moritur. Et facit pro viatoze. q̄ debet sepeliri in loco ubi moritur. quod tenet Anto. in .c.i. supra eo. quia recipiēdo sacramēta ab ecclesia parochiali ubi moritur videtur ibi eligere sepulturam. quod verū nisi commode posset deferri ad suorum maiorū ecclesiā. aut si non habet sepulcrum maiorum. ad suam parochiam ut hic probatur. Facit etiā pro scholaribus qui in dubio ad locum studij non videntur domiciliūz transferre. quia non habent animum ibi remanendi. de quo in .c. q̄ clericis sup̄ de fo. compe. et dixi in .c. cum nullus. supra de temp. ord. Quid autem si pater in alio loco esset sepultus q̄ alij maiores alicuius. Dic ut hic i gl. quam approbat Panor. in .c. i. sup̄ eo.

**Ultima con.** <sup>Adulter</sup> successiue habens plures maritos. cum vltimo est sepelienda viro. Probat̄ur hic in fi. Sequitur ergo vxor virum tam in vita q̄ in morte. l. femine. ff. de senato. et hic. Et etiā in viduitate retinet honores ex mariti qualitate sibi adq̄situm. Quod verum ea manente in viduitate. vnde vxor Regis per mortez Regis non perdit nomen Regine. vi de gl. i. in .c. scripsi. xxvij. q. ij.

## Item pater filijs suis im-

puberibus eligere sepulturam potest. si illud habeat consuetudo loci. tamē cessante cōsuetudine id non potest. licet tales impuberes nequeant sepulturam sibi eligere. Et licet filius familiaris sine patris assensu possit sibi sepulturā eligere. pro anima tamē nisi habeat peculium castrensē aut quasi. nihil potest relinquere. Hoc dicit

**Prima con.** <sup>Potest pater</sup> ex consuetudine filio suo impuberi sepulturam eligere. Probat̄ur hic in prima parte text. Et dicit idem in matre si consuetudo de matre disponderet. quia non apparet ratio diuersitatis. Facit hic quod habet in glo. iij. et. v. fm Dom̄. Cessante igit̄ consuetudine pater nō potest filio suo impuberi de iure eligere sepulturam. Sed sepeliri debet apud maiores. si habeat sepulcrū maiorum v̄ si non habeat tale. apud ecclesiam parochialem ut in glo. v. Et si dicatur pater d̄ iure potest filio impuberi facere testamentum. c. si pater supra. eo. li. de testa. Item ad eum spectant expense funeris. l. filius. ff. de in rem verso. ergo etiam cessante consuetudine loci d̄ iure communi. potest filio sepulturam eligere quod est min⁹ solutio dicendūz q̄ propter has rationes. Uincen. Lauren. Hoff. et glo. supra eo. ti. in .c. nostra. tenuerunt illō quod assumitur in cōtrario. et Hoff. in summa eodem ti. in principio. Et hic corriguntur eorum dicta. fm Archidiacon. et sic transit Jo. an. Et ratio potest esse fm Dom̄. quia iā erat ius questū ecclesie ubi dēbat sepeliri q̄

## De sepulturis

non est mutabile nisi per ipsuz de cuius sepultura agitur .c. cum liberum. supra eo. Non sic in hereditate filij in qua nondum fuit ius questum ventibus ab intestato. Igitur secus in casu isto. Imo dicit q̄ contraria procedunt i temporalibus. et quo ad alios effectus. quasi vellet q̄ aliud sit in electione sepulture que est quid spiritualis. le. rii. q. ij. c. quæsta. cum sequentibus.

**Secda** Filius familias potest libere etiam sine consensu patris sepulturam eligere. Probat h in scda pte tex. Et intellige dum modo sit pubes fm' gl. hic. et probat p̄ncipi. tex. Patet ergo q̄ quo ad electionem sepulture filius non est subiectus patri Ratio quia in spiritualibus non curatur patria potestas. c. si annu supra eo. li. de iudic. sed ius istud spirituale est vt dixi s̄. Unde tenet Host. Ideo in seruo vt sine domini voluntate possit eligere sepulturam quia in spiritualibus non curatur dominica potestas. c. i. de seruis non ord. ita notat. s. e. ti. de vxore.

### Tertia con. 7 fin.

Filius familias siue consensu patris. non potest etiam pro sua aia testari. nisi i peculio castrensi vel quasi. Probat h in fi. text. Et quid sit peculium castrense aut quasi. dic vt hic in glo. Dicitur autem peculium quasi pusillum patrimonium q̄ filius aut seruus habeat ex permisso patris aut domini. l. depositi. §. peculium. ff. de pecul. Et est multiplex vt probatur in §. igitur Insti. per quas personas no. act. 7 in rubrica. ff. de pecul. Et a contrario huius tex. videtur q̄ filius de consensu patris possit relinquere pro anima sua etiam in testamento aut codicillis.

et non solum in donacione causa mortis quia etiam non pro anima promissa est ei de consensu patris donatio causa mortis vt in. l. tam his. ff. de dona causa mortis. Et tenet hic Bom de simplicitate canonica post Fred de senis. et videtur sequi Imo. Et probat h tex in exceptione sua. na exceptio firmat regulam vt notatur §. de reg. iu. super rubrica

### Religiosi non

possunt sepulturam sibi eligere. cum non habeant vellet aut nolle. s̄ sunt apud sua monasteria sepeliendi. nisi adeo ab eis sint remoti q̄ ad ea commode non possunt portari. Hoc dicit

**Extex.** elicitur talis conclusio. Religiosi in suis monasterijs sunt sepeliendi. nec possunt eligere sepulturam alibi. nisi sint a monasterijs multum remoti. Probat h in tex. Et ratio dubitandi et decidendi sumitur hic ex glo. penult. et si. Ideo autem sepeliri debent apud monasteria sua quia ibi audiunt diuina et percipiunt ecclesiastica sacramenta. ne agro i sane. de sta. mo. p hoc .c. cum quis supra eo. Nec potest eligere alibi sepulturam Ratio patet in tex. quia velle aut nolle non habet. et glo. alle. Si autem sit in remotis adeo q̄ commode ad monasterium nequit deferri potest sepeliri alibi. Et dicit Lapus q̄ sepeliatur in parochia in q̄ moritur. Facit quod dixi de viatore supra eod. c. i. et. c. ij. Sed an hoc casu potest eligere sepulturam. Glo. si. in fine sentit q̄ sic. Idem Jo. mo. et Archid. Senf per tex. istum a contrario sui. et idē t̄ Lap. et Pau. Nec ob. ratio huius tex. quia etiā hoc casu mili

## Sūmariū et Conlusiones sexti

tare videtur quia potest dici q̄ quan-  
do mōchus abest de licētia sui superi-  
oris videtur habere licentiam facien-  
di. que incumbunt. c. quamuis. sup̄ d̄  
offi. ordi. et ita etiam ad hunc calum  
videtur habere licentiam. Joh. an. ta-  
mē post Inno. t3 q̄ nec hoc casu pōt  
eligere. Ad hunc tex. a cōtrario respō-  
det q̄ tex. hic permittit q̄ monachus  
i remotis mortuus. potest alibi sepe-  
liri. et hanc opinioē sequit̄ etiā Dom̄  
et videtur Panorm. in. c. de vroz. su-  
pra e. quelibet tñ opi. est probabilis.

### De decimis

#### Secretōni

Predicatorum et mi-  
norum mandat Pa-  
pa ne in sermonibus  
suis vel alibi. dicant

aliqua. que audientes a solutione de-  
cimarū ⁊ aliorum debitorum ecclesie  
retrahant. vel alias audientium ani-  
mas corrumpant. sed verbo et opere  
ad predicatorum solutionē informēt  
Hoc dicit

**Ex ter** elicitur talis cōclusio  
dicantes cauere ab his que in sermo-  
nibus eorum corrumpere possent ani-  
mas audientium. aut populum retra-  
here a solutione decimarum. Pro-  
batur hic in textu. Et ratio est. quia  
non soluens decimas peccat mortali-  
ter. ex quo talis potest excōdicari. c. ex  
parte. i. supra eo. cum similibus. Ho-  
die aut̄ predicans ne dentur decime ē  
ipso iure excōdicatus vt in cle. cupien-

tes. si. de po. Tbi etiam precipit̄ mē-  
dicantibus q̄ certis diebus i suis ser-  
monibus expresse populum informa-  
re debeant diligenter ad soluendū de-  
cimas vt ibi patz. Et aduertendū q̄  
decima ē omnium iuste questoz talis  
pars deo debita. Et clericis dande sē  
decime. xvi. q. i. ca. decime. Et olim es-  
rant quattuor genera decimarū. de q̄  
bus in. c. i. supra eo. Que dam enī ex  
lege soluebant̄ leuitis a populo. Alie  
erāt quas leuite ex hmōi receptis da-  
bāt sūmis sacerdotibus. Alie erāt q̄s  
populus de nouem partibus referua-  
tis separauit in suis horreis ad inui-  
tandū sacerdotes templi in hierusa-  
lem in vestibulo templi. Quarte erāt  
que dabantur pauperibus. In loco  
primarū successerunt hodie p̄munes  
decime. Et sunt ille duplices hodie. q̄  
dam sunt decime personales. quedaz  
prediales. Personales sunt que dant̄  
ex opera personali. et soluende sūt ec-  
clesie parochialis in qua percipiuntur  
sacramenta. de quibus i. c. pastoralis  
supra eo. Prediales sunt que soluunt̄  
tur ex fructib⁹ prediorum. et solui de-  
bent in ecclesijs in quibus situata sūt  
predia. de quibus i. c. si. c. cum sint ho-  
mines. cum similibus. supra eodem ti-  
tulo. Et an soluere decimas sit sub p̄-  
cepto. vide hic in glo. ij. que ponit qn-  
q̄ opiniones. ⁊ in fine primaz appro-  
bat. Et tenet Joh. an. in glo. magna  
in. c. a nobis supra eo. ti. q̄ sint sub p̄-  
cepto. et illa est p̄munis opinio. Que  
autem mala proueniunt ex non solu-  
tione decimarum. vide hic in gl. ver-  
bi aliarum reruz. Et quattuor bona  
que proueniunt soluētī ponit hic Jo-  
an. Concedit̄ etiā fructuz vbertas.  
corpis sanitas. remissio pccoz. ⁊ adq̄-  
sitiō regni celoz. vt i. d. c. decime. De

## De decimis.

primitijs id est primis fructibus que deo offeruntur. vide. xij. q. i. § bis ita. et. §. e. c. i.

### Statuto isto

declarat papa illud priuilegium. quod quibusdam procedit. vt percipere valeant decimas noualium pro ea parte. pro qua percipiunt veteres. non includat decimas noualium tpe impetrati Repti p alios possessas. nec de noualibus alibi sitis q̄ in locis ubi veteres perceperunt Nec intelligit de portione alia quaz impetrantes tempore impetrationis perceperunt. Et si impetrantes perceperunt veterem decimam integre. vel plus q̄ medietatem pretextu dicti priuilegij solus habere possunt medietatem noualium decimarum. ne ex hmoi priuilegio tam graue ecclesijs parochialibus inferatur preiudiciu. Excipit tñ in hoc religiosos Cisterciens et Carthus ordinum. Item ubi ex concessione tali decimarum rectori parochialis ecclesie tam graue inferret preiudiciu. vt de redditibus ecclesie non posset congrue sustentari. et epalia psoluere. debent ordinarij locorum appellere priuilegiatos predictos. vt rectoribus pro oneribus sustinendis studeant aliquam portionem assignare. Hoc dicit vsq̄ sane

**Prima con.** <sup>Sup de</sup> decimis noualium percipiendis infra parochiam alterius pro ea portione pro qua impetrans percipit antiquas impetratum priuilegium intelligendum est prout hic est declaratum. Nam hic habent quinque declarationes huius priuilegij. et patent satis ex text. Non enim extendit se ad decimas noualium ab alio possessas. intellige iuste et bona fide. vt h in glo. verbi possidebant. q̄ si alii habe-

ret possessionem violentam aut malam fidem non impedirent vires priuilegij vt in illa glo. Item non extendit se nisi ad locum ubi antequam erant possessi. vt hic in versi. nec ad illas. Nec extendit ultra mensuram antiquarum de qua dicitur vt hic in glo. verbi statuimus.

**Secunda** Si ex priuilegio de percipiendis infra alterius parochiam decimis contingat ecclesiam parochialem grauari. debet eidem de prouentibus decimarum aliquid assignari. Probat hic in § ubi aut. Et licet Jo. mo. et Arch intelligunt illum § solum de Cisterciens. et Carthusien. q̄ hoc statuto non comprehendunt vt. §. §. pr. specialiter enim ecclesia istos ordines priuilegiauit prout declarat Jo. an. tit. latus intelligit hunc § vt respiciat omnia superiora deca. et etiam casus hic non positos Et sic ubicunque grauatur ecclesia parochialis ex hoc q̄ alij percipiunt decimas diocesanas prouideat. p q̄ facit text. ibi p hmoi possessiones. Et q̄ semper eadem est ratio que in text. ponit Que autem sint noualia. Dicit q̄ nouale est ager de nouo ad culturam redactus de quo non constat. q̄ prius unquam fuerat cultus. de quo in. c. commissum. §. eo. et. c. quid per nouale. de ver. sig. Et si decime alicuius parochie spectant ad aliquos religiosos ex aliquo priuilegio simpliciter concessio de decimis illius parochie percipiendis. tunc ex illo priuilegio etiam noualia percipiunt. quia cui maius conceditur. etiam minus intelligitur concessum. c. ex parte. iij. supra eo. Secus si antique decime religiosi solum sunt concessio. aut noualia expressa sunt excepta. aut parochialis ecclesia in noualibus prescripsit. et tunc noualia non debentur religiosi nisi ex nouo priuilegio. Ita procedit h text.

## Sūmariū et Conlusiones ferti

### Sane licz a religi

ofis laici. qñq; recognoscāt se recepisse decimas in feudū. tñ nō possunt religiosi hoc pretextu de manibus laicorum decimas sine ep̄i auctoritate adquirere. Sed cum auctoritate ep̄i p̄nt acquirere a laicis decimas illas solū quas laici habebant perpetuo in feudū ante lateranē Conciliū. Dioceſani autē ecclesiā parochialiū ad requisitionem rectorū carundē. debent eis facere iusticiam de religiosis sup decimis. que ad eos spectabant nisi agat de rebus exemptis. Et debent omnes religiosi de tris lais solvere decimas integre ecclesiis parochialibus. qbus antea debebant. nisi priuilegio aut p̄scriptione iuuent. Nec possunt ex eo qd de manib⁹ laici ex donatione adquisuerunt in aliqua ecclesia omnes decimas maiores aut partē. decimas nouales superuenientes percipere i eis. dem. nisi ex causa rōnabili id possit fieri. Hoc dicit

**Prima cō.** Olim fuit p̄missum laicis dare decimas in feudū. hodie illud p̄ lateranē Conciliū est prohibitum. Probat per glo. et doc. in. c. quis. supra eo. iuncto. c. cum et plantare. s. de priuile. ubi habetur illud Conciliū. Et fuit seruātū Rome p̄ Alexandrū iij. anno dñi. Mclxxx. fm Arch. de q̄ in dicto. c. quis. per Jo. an. Fuit autē prius permissū p̄cedē laicis decimas in feudū vt defenderent ecclesiam ab oppressionib⁹ hereticorū. qbus cessantibus venit dictū Conciliū. Quid autē si laicus possidet decimas. nec apparet an ante aut post Conciliū lateranē eas sui predecessores receperit. De hoc per Jo. an. s. de his que ff. a prela. c. cū aplica. et hic Jo. mo. et Ar

chid. tenent quod ibi tenit Hostiē. q̄ laici precise p̄pellunt restituē ecclesiis eas. nisi probarent q̄ ante Conciliū eas habuerūt. q̄a p̄sumptio ē cōtra eos et ius p̄mune. facit. c. i. s. eo. li. de prescri. Jo. an. tenet p̄trariū. q̄ sufficit allegare et probare p̄scriptionez tanti t̄pis cui⁹ initij nō est memoria. et p̄sumet titul⁹. c. i. all. Idem Paul. et Jo. de fau.

**Secda.** Possunt autē laici huiusmodi decimas ecclesiis. quarū erant restituere sine consensu ep̄i. nō autē alijs puta religiosis. etiam si fateant̄ d̄ facto se a religiosis eas in feudū tenere. Probat hic in s. sane. Et p̄ma ps probat in. c. cū aplica. alle. De consensu autē ep̄i potest laicus tales decimas alijs ecclesiis. q̄ qbus debebant dare vt hic. Quod verū dūmodo ante p̄ciliū in perpetuum erant laicis in feudū p̄cesse. vt i s. illas. secus si post. quia tūc nō tenuit p̄cesso. ideo restituende sunt ecclesiis. de quibus debent vt hic. et dicto. c. cum aplica. Nec p̄t ep̄s rem vni⁹ ecclesie dare alteri. vt in gl. si. in dicto. c. cū aplica. Quod vep nisi ex iusta causa et solennitate iuris seruata. c. i. sup eo. li. de re. eccl. non alie. Itē procedit hec p̄clusio qñ decime soluz de facto erant a religiosis per laicū recognite. quia si vere fuissent. religiosorū restō eis fieri posset sine p̄sensu dioceſanorū. all. c. cū aplica

**Tertia.** Compellunt religiosi rēdere sup decimis parochianis qbus debent nisi agat de rebus exemptis. Probat i s. dioceſani. Et p̄cedit fm doct. de religiosis etiam exemptis. quod p̄bat b̄ p̄relatus ad p̄cedentia. Et intelligit Bonū nisi p̄currat etiā exemptio rerū vt in fi. Aliū casuz q̄ dioceſanus cog



## Deregularib' & transeuntib' ad relig.

noscit de exemptis. vide i cle. i. de sen.  
exc. vbi de hoc. et de priuile. c. i.

**Quarta** De iure p'muni  
religiosi tenent  
soluere decimas prediales ecclesijs q'  
bus antea debebant q' ad eos puene  
runt h'm' possessiones. Probat hic  
in s. ceteru. na ppter translatione rei in  
aliu non debet eccl'a iure suo priuari.  
.c. quicumq. xvi. q. i. et. c. cl' in tna. s. e.  
Res enim transit cu onere. c. ex lris. d  
pigne. Et pcedit p'cto etiam in exem  
ptis nisi sint super decimis no solu  
dis speciali priuilegio muniti. c. ex p  
te. i. et. c. nuper. s. e. qd solus Papa p't  
dare. c. a nobis. s. e. ti. Possunt etiam  
p'scribere ins p'cipiendi decimas. q' a  
clericis p't illud p'scribi fm Zapuz.  
.c. nuper. et. c. in aliquibus p gl. s. eo.  
et per Joh. xvi. q. iij. q' cognouimus.

**Altima** Si religiosi  
ex donatione  
habeant laicoz decimas antiqs. no  
possunt ex eadem p'cipere nouales su  
puenientes in eode loco. Probat hic  
in fi. tex. Quod veru etiaz qn p'cipi  
unt antiqs ex donatone licite sca Et  
rato ponit in gl. fi. q' iste nouales la  
icis non accresceret. ergo nec religio  
fis eas a laicis detinentibus. Qd veru  
nisi ca ronabilis aliud eis tribuat. vt  
si haberent priuilegiu vt dixi in p'nc.  
.c. in. ij. p'clone

## Deregularibus et transeuntibus ad religionem

**S** qui ingreditur  
monasteriu an pubertate. vt fiat mo  
nachus. p't p'pleto pubertatis anno.  
in sequenti anno exire libere. nisi i eo

dem anno p'fessionem expressam faciat  
aut prius facta ratam habeat. aut ha  
bitu p'fessoru recipiat. Et post annu  
pubertatis. ad integz annu in mona  
sterio p'manet. vbi habit' p'fessoru et  
nouicioz sunt indistincti. videz tacite  
p'fessionem fecisse. aut prius a se factam  
ratificasse nisi tanta sit habit' indistinctio.  
q' p'fessi. nouicij. et p'ueri. eodem  
penitus habitu vtant. Qui aut post  
pubertate. habitu religionis assumit  
censez per delationem annale tacite p'  
fessuz. etiam si religionis habit' sit in  
distinctissimus. qa cum hic ad annos  
discretiois puenerit. quid agat agno  
scere debet. Qd secus est in impubere  
qui no habet plenu adhuc intellectu  
Dicunt aut habit' distincti. siue ha  
bitus nouicioz et p'fessoru sint disti  
miles. siue habitus p'fessorz benedicā  
tur. siue alias hi habit' discernantur.  
Hoc dicit

**Prima** Si minor. xiiij  
annis religio  
ne ingredit vt efficiat m'och'. in ano  
xv. libere potest exire. p'eter q' in eb'  
casibus. Probat hec p'clusio hic i p'n  
cip. Et qd hic d' de anno. xiiij. et. xv.  
in viro. intellige repetitu de annis xij  
et. xiiij. in muliere fm Jo. an. Et rato  
p'clusionis est quia sic impubes no e  
aptus ad m'imoniu carnale. c. ij. et. iij.  
de despons. impu. sic nec ad sp'uale. io  
se religioni deuouere non p't. vt hiez  
xx. q. i. ca. i. et. ij. et. s. e. c. significatur. et  
.c. ad nram. Ideo p'fessio impube  
ris no obligat eu. Fino adhuc libere  
potest ad seculu redire. quantocunqz  
etia tpe stetit in monasterio. nec e ob  
ligatus religioni etiaz in genere. quia  
annus. xv. e sibi annus p'battonis vt  
hic. nec p't talis exiens p'pellit ad resti  
tutionem expensaru quas fecit i mona  
sterio p' tex. d' dicit libere. qd nondu  
v i.

## Sūmariū et Conclusiones sexti

fm Dom. Et pcedit hic tex. de ingre  
diente sua sponte i pupillari etate. q̄a  
libere p̄t exire ante. xv. annū p̄pletuz  
Secus in oblato a parentib⁹ qui for  
tius obligat Ideo añ pubertatez eri  
re non potest. de quo in. c. cū virū. s.  
eo. ti. Casus aut̄ tres excepti. patēt la  
tis ex text.

**Secda con.** Impubes reli  
gionem ingres  
sus. post pubertate per annū habitū  
p̄fessoz̄ distinctuz deferens censē ta  
cite p̄fessus. Si vero post puberta  
tē ingredit̄ indistinctissimū deferens.  
p̄ annū censē fecisse tacitā p̄fessionez  
Probā h̄c in versi. q̄ si p̄ totū. et v̄p̄  
sequen. et rō diuersitatis p̄ in tex. Et  
pro declaratione hui⁹ p̄sonis nō q̄  
duplex est p̄fessio. s. expressa. de qua i  
.c. ij. s. e. Et tacita que fit p̄ declarati  
onē habitus p̄fessoz̄ annalez fm na  
turā ipsius habit⁹. Quidā enim ē ha  
bitus distinctus. q̄dam indistinct⁹. et  
quidā indistinctissim⁹. Distinct⁹ ē q̄n  
p̄fessi habēt habitū distinctū a noui  
cij. et non distinctū a p̄uersis. Et tal  
distinctio est q̄nq̄ patens. vt q̄n ē dis  
tinctio i colore. forma. aut scissura. iu  
rta cle. eos. eo. ti. et tunc deferēs habi  
tū per t̄ps quantūcūq̄ longuz. p̄bati  
onis nō censē p̄fessus. de quo in glo  
ij. alle. cle. eos. Q̄nq̄ talis distinctio ē  
latens. forte p̄sistens in b̄ndictōne ve  
stis. aut q̄ dat̄ habitus p̄fessoz̄. sub  
certa forma. aut a distincta ⁊ speciali  
p̄sona. et tunc deferens habituz noui  
ciorū p̄ lapsum anni censē p̄fessus p̄  
tex. alle. cle. et ca. puelle. xx. q. i. Q̄d̄ ve  
rū nisi consuetudo v̄l statutū religio  
nis disponeret. q̄ p̄fessio certo t̄pe de  
beat fieri in monasterio et vocal̄. aut  
q̄ alia solēnitas obseruet̄. quo cāu so  
la delatio annalis aut vltra nō indu

cit p̄fessionē. ar. ca. illud. xx. q. i. et. c. q̄  
in insultis. sup. e. ti. q̄ ex quo p̄suetudo  
sic disponit non est p̄sumendū p̄tra  
deferentē. q̄d̄ voluit p̄fiteri p̄ lapsum  
t̄pis. nisi solēnitas p̄suetā obseruet̄ s̄z  
Inno. in. c. ij. sup. eo. ti. et illud Domi.  
dic̄ nōndū ad limitationē h̄⁹ tex. Ha  
bitus indistinctus est q̄n p̄fessi et noui  
cij eodem habitu vtunt̄. sed conuer  
si habent differentē. Indistinctissim⁹  
est q̄n p̄fessi nouicij et p̄uersi omnes  
eodem habitu vtunt̄. Nec probant̄  
p̄ hūc tex. et nōt gl. in cle. eos. eo. ti. ⁊  
sic declaratus ē hic tex.

**Ultima** Delatio anna  
lis habitus re  
ligionis inducens p̄fessionē non ad  
mittit aliquā in p̄trariū p̄bationem.  
Hanc conclusionē tenent hic doc. cō  
muniter q̄a est p̄sumptio iuris. ⁊ de  
iure pro p̄fessione facta. igit̄ nulla ad  
mittit̄ probatio in p̄trariū. pro hoc  
.c. is qui si dē. sup. de spon. q̄ vn̄uerf.  
Jo. an. nisi esset protestatus q̄ per la  
p̄suz anni nō intendebat obligari q̄  
tal̄is protestatio conferuat ius prote  
stantis. de quo glo. si. in alle. cle. eos. ⁊  
in. c. ij. supra eo. ti. per Jo. an. et sequit̄  
Jo. de lig. per. c. i. sup. q̄ me. cā. et Do  
mi. h. ⁊ sentit gl. in. c. ex parte. sup. e. ti.

**On solū pro**  
hibent̄ fratres p̄dicatores  
⁊ minores. infra annū pro  
bationis. aliquē ad p̄fessionez reci  
pere. sed nec debent constitutz infra  
annū probationis impedire. ad aliā  
religionē aut etiam ad seculuz transi  
re. nisi maior. sit xiiij. annis et p̄fessus  
sit ordinē regularem tacite vel exp̄f  
se. vel nisi clara p̄batione aut com  
petentibus indicijis ostendat̄. q̄ oīno

## **Deregularib⁹ ⁊ trāseuntib⁹ ad relig**

voluit vitam mutare. Si autē dicti fratres p̄tra hanc p̄stitutionem aliquem ad professionem receperint. non ē taliter receptus obligatus ordini. et recipientes a receptione alioꝝ ad p̄fessionem sunt suspensi. et tanq̄ p̄ maioribus culpis puniendi. Hoc dicit

**Ex ter.** elicit talis p̄clusio p̄ma Quāvis ingress⁹ religioneꝝ p̄t renūciare anno p̄bationis. hoc fallit in mendicantiū ordinibus. Probat̄ hec p̄clusio hic in tex. iū c. c. ad apl̄icam. s. eo. tit. vbi patz q̄ annus p̄bationis induc̄t⁹ est in fauorem ingredientis et recipientiū. ita regulariter p̄t tali anno renunciari. vt ibi. Et p̄cedit̄ hic tex. etiaz in nulleri bus ordinū mendicantiū vt sunt moniales ordi⁹ p̄dicatoꝝ et sancte Clare. etiam si nō mendicet. aut mendicare possint. per glo. in cle. vt p̄fessores. de sta. mo. sup̄ vbo quolibet. sufficit enī ad hoc q̄ includant̄ q̄ sint de ordine mendicantiū fm̄ Lapū. et sequit̄ Boni

